gratia consummata nullatenus impedita ¶ Discipulus. Malo amplecti fateor distinctionē de duplici beatitudine. Similiter. q̄ duplex est fruitio vie scz et patrie. scrupulus tamen ingeritur ex presenti dicto tuo. quia nulla ē hic operatio p̄m habitum gratie gratificantis que non impedimentū patiatur ¶ Magister. Et patitur scimus. sed non semp̄ tale q̄d tollat fruitionis dei rationez Unde qua duplex in genere numeratur impedimentū fruitionis actualis. vnum causat necessitas. alterum fragilitas. tertiū vanitas. quartum iniquitas. Causa prima est tolerabilis. secunda miserabilis. tertia punibilis. quarta damnabilis. Prima interrūpit fruitionem sed non esse morali seu meritorio habitu gratie remanente. In secunda frustratur actus fruitiōis. In tertia sordidatur vt leprosi pānus propter veniales culpas que sunt ligna cremabilia fenum stipula. Quarta vero totum destruit et eradicat fundamentum ¶ Discipulus Nota loqueris. adde qualia sunt adiutoria ¶ Magister. Nimiz conatus libertatis multiplex. Insuper habitus adquisitus ex actuum frequentatione bonorū. Juuat preterea roboratio vel augmentū habitus gratie gratificantis tam in se q̄ in suis ramificationibus per ꝟtutes dona et beatitudines. Deniq̄ per ablationem impedimentorum intus et extra. diuinitus per angelos aut humana industria in corpore et anima comparatam.

¶ Discipulus. Lataz aperuisti materiā quam coartes oro. ¶ Magister. Si cupis agnoscere precipuū fruitionis dei pro statu vie nutrimentum et feruoris incentiuū quid vel quale potero cōuenienti⁹ exponere q̄ eucharistie sacramētū? Hoc est sacre communionis mysteriuz in quo xp̄us sumitur. recolitur memoria passionis eius. mens impleť gratia et future glorie nobis pignus datur. Hoc exclamādo canit sancta ecclesia Hinc superadvit. O q̄ bonus et suauis est dominе spirit⁹ tuus in nobis qui vt dulcedinem tuam in filios demonstares. pane suauissimo de celo prestito. esurientes implens bonis. fastidiosos diuites dimittēs inanes

¶ Discipul⁹. Sanctū pulcz et osonū das fruitionis auxiliū. De quo fiat obsecro collocutio inter nos p̄lixior q̄s ordinauit de⁹ esse regale sacerdotiū ¶ Mgr. Fiat vt voles. cui q̄renti responsiones adꝟciā.

¶ Discl. ¶ Dic in p̄mis si beata nr̄a ista fuerit vsa sacramētali cibo dū viueret marie in illo cenaculo grādi strato mōtis syon vbi p̄mit⁹ exhibita est institutio h⁹ sacramenti q̄d añ fuit p̄dicatū dicētib⁹ multis q retro abelitib⁹. ¶ Qur⁹ ē hic sermo cui p̄dicatōi p̄babile ē inꝺfuisse maria ¶ Mgr. Probabile q̄ seq̄bat filiū tē vnicū custodē suū sic loq̄mur. pede p⁹ pedē. Probabilia insuper

ſunt plurima de et ſuper hac bea/
ta beatarum que ſunt potius acci
penda de pietate deuotiõis q̃z de
fidei neceſſitate vel temẽitate aſſer
tionis vbi non ſuppetit auctoritas
ſcripture cogens aut ratõ ouincẽs
¶ Diſcipulus. Sic accipienda. de/
creui dicta tua alioꝝq̃z doctoꝝ in
hac materia. Alioq̃n via minus p/
na preberet ad errorem. Neq̃z pla
cet ratõcinatio nõnulloꝝ genẽalis
oũ arguũt. Deus potuit conferre
hanc gratiã matri ſue. ergo otulit.
Potuit itaq̃z dare fruitionẽ patrie
ab inſtanti oceptionis cũ alijs mul
tis que certũ eſt non dediſſe ¶ Ma
giſter. Quid ſi addaꝫ ad poſſe dei
q̃ hec decuit ipm dare matri ſue
Diſcipul'. Redit i mentẽ opuſculũ
tuũ p̃ articulo ſimili in materia p/
bationis articulorum fidei. Cuius
reſolutio finalis ſtat in hoc q̃ in re
bus ad extra non ideo deus dicen
dus eſt facere aliqua quia decen/
tia ſunt et bona. ſed ecõtra potius
ideo aliqua dicunt ꝙ ſunt bona. qz
deus talia vult eſſe illa. Conſonat
illud p̃bie apud Boetium de deo.
quem non externe pepulerũt finge/
re cauſe. materie fluitantis opus
¶ Magiſter. Sic eſt vt meminiſti.
Sic tollendũ eſt argumentum tale
ad intelligentiã veritatis niſi p̃ſup/
poſita rectitudine fidei. alioq̃n non
edificatio ſed irriſio ſepe venit.
Diſcipulus. Quid eſt pietas fidei.
¶ Magiſter. Habes a me lati' ali/
bi quod nunc ſub cõpendio repeti

põt. Pietas fidei eſt p̃babilis ſeu
veriſilis opinio ſup aliquib' q̃ de/
uotionem edificare poſſunt. que ex
ſcripturis autẽticis nec clare ſequũ
tur nec repugnant Et ſic accipi vo
lo que p̃dẽ vel deinceps enuncia
uero qualiter in nr̃a Joſephina pre
miſi p̃teſtationem metro ludens
Diſcipulus Redi nunc ad prioza
poſt digreſſionẽ hanc non penitus
inutilem. ¶ Mgr̃ Imo neceſſariaz
p̃ dicendis vt temeritas euitet et
ceruicoſa otentio q̃ñ ꝙ vbi ſecurioz
eſt teſtib' Hiero'. et Greg'. pia du
bitatio q̃z temeraria diffinitio. Po
teſt igit̃ pie credi de beata noſtra.
Primo q̃ credidit et ſciuit myſte/
riũ benedicti ſacramenti. ꝙ ante in/
ſtitutionẽ et poſt. imo et dum inſti
tuebaꝫ licet preſens ſuiſſe non cre
datur nec tũc omunicaſſe ſacramẽ
taliter potuit. attñ tunc ſpiritualit̃
et ante et poſt effectũ manducatio
nis accepiſſe ¶ Diſcipul'. Ediſſere
qua ratione fieri potuerit illud q̃d
dicis? ¶ Magiſter. Poſſũ facilit̃ ex
traditionib' doctoꝝ de triplici mã
ducatione ſacramẽti. Quidã ſacra
mentũ manducãt ſolũ ſp̃ualit̃. Alij
ſolũ ſacramentalit̃ Alij vero ſacra
mentalit̃ et ſp̃ualiter vtroq̃z modo
¶ Diſcipulus. Uſitata eſt hec diſ
tinctio ſed ipaz per deſcriptiones
elucida ¶ Magiſter. Manducatio
ſacramenti ſolũ ſp̃ualis non ſacra
mentalis fit per fidẽ hui' ſacramẽ
ti que per dilectionem operatur
Diſcipulus. Siſtamus hic primo

cõquirentes si spiritus angelici dici possunt frui hoc sacramento benedicto spiritualiter qz cõstat eos frui deo impletos bonis ab eo Similis esset questio de maria beata que non iam fruitur per fidem sed per speciem clare et immediate visionis cum inhesione perfectissima. quietissima qz per amorem. ¶Magister Respondet descriptio negatiue Non em prorsus idē est frui deo et frui spiritualiter hoc sacramento licet econuerso quisquis fruitur spiritualiter hoc sacramento. fruitur vere deo. Deficit igitur in angelis ratio manducationis sacramenti. quia non ordinatum est nisi p viatoribus hominibus. Ideo recte viaticum appellatur. Maria vero nõ modo sed tũc dũ instituebat sacramentũ viatrix erat habens fidem. De primo vero dicit Aug⁹. Crede et manducasti. Credidit maria p/pter quod et manducauit. ¶Discipulus. Sic videt. transi nũc ad mãducationē solum sacramentalē describendo eam ¶Magister Sacramentalis manducatio dũtaxat. est actualis susceptio sacramēti corpalis cũ informi fide sine caritate.

Discipul⁹. Si ita est ocstim video sine multiplicatione questionum qz nec brutũ nec angel⁹ nec infidelis nec heretic⁹ nec discredens hoc sacramentũ comedunt hic sacramentaliter ipm. Ratio perspicua est qz fide carent Infantes vero baptisati quia fidē habent habitualez seu fidei sacramentũ. assumere pñt etiã sacramentaliter. qz de spirituali cõstat pñt habitũ fidei. Alioqn quõ verz esset generaliter illud verbum xpi Nisi manducaueritis carnē filij hõis non habebitis vitã in vobis Consequēter habeť quid sit mãducatio sacramēti spũalis simul et sacramentalis si due precedentes iũgant in vnaz ¶Magister. Liberat nos a multiloquio preuolãs ingeniũ tuũ. Nunc accipe qualis et qz frequens fuerit manducatio marie presupponēdo p dicendis qz in ipa nõ minor fuerit fides cũ caritate circa figuras hui⁹ sacramenti data/s in lege scripture simul et nature qz in alijs parriarchis q pphetis saltē post deceptionē Jĥu xpi ¶Discipulus. Nõ dubito qn ex tunc nõ obscurior sed clarior fuerit in ea fidelis cognitio cũ caritate pre ceteris patriarchis et pphetis imo et aplis. Quicquid sit de illa põne qz ab vtero fuerit ab ea puentũ rõis iudiciũ cũ actuali operatione gratarũ simul q virtutũ. Sumũt argumētũ ab exultatiõe Jobis in vtero mris Dicunt qz nec in somno cessabat operatio talis in actu mētis Jũgunt qz oia sciuit tũc q beati sciũt lz non cũ claritate pari. Sufficit ãt ad rez nraz solidior positio quam me dixi nõ ambigẽ. Deduc vltra qđ intendis ¶Mgr. Digna'e me laudare te ℣go sacrata simul cũ bñdicto frũ vẽtris tui Jĥu xpõ. Da de ligno vite dignos ac salubres fructꝰ carpe siue excerpere. Da theozeumata digna promere quoz sit hoc primuz

Maria Sicut pre ceteris in via eſurijt iuſtitiã. ſic pre ceteris puris viatoribus impleta fuit bonis ex illo in illo ꝙ ꝓ illũ ꝙ ẽ oĩe bonum. dicens ex ſententia anime ſue magnificanti deũ. Benedic anima mea dominum qui replet in bonis deſiderium tuũ. ℣ Diſcipulus. Conſentio

Magiſter. Maria Sicut pre ceteris in via cognouit credidit et intellexit figuras legis et nature xp̃i ſacerdotium preſignantes. ſic in illis aut per illas mãducauit fruitiue benedictum fructum ventris ſui. et ſpiritualiter eius ſacramentũ vnde exultauit ſpiritus meus in deo ſaluta ri ſuo Diſcl. Conſentio. Mgr

Maria Dũ legebat Dauid patrẽ ſuũ dicentẽ de xp̃o filio ſuo Tu es ſacerdos i eternũ ꝑm ordinem melchiſedech qui ſcz panẽ et vinum obtulit ex tunc intelligebat et mãducabat ſpiritualiẽ hoc ſacramentum benedictum. vnde cecinit. Magnificat anima mea dominũ Diſcipulus. Conſentio.

Magiſter Maria Pſallens illud dauiticum. Memoriam fecit mirabilium ſuoꝝ miſericors et miſerator domin⁹ eſcaz dedit timentibus ſe. Memor ero in ſe. teſt. ſui. Credebat et intelligebat hanc eſcam ſacramentalem figurari ꝙ in figura comedebat eaz. et teſtamentum ſperabat hereditatis eterne Diſcipulus. Conſentio

Magiſter Maria Non minus refecta ẽ et imple

ta bonis huius ſacramenti qꝫ patres antiqui quos loquiẽ apoſtol⁹ ꝙ eandem eſcam ſpiritualem manducauerunt et eundez potum ſpiritualem biberunt. Biberunt aũt de ſpiritali ſequẽte eos petra. petra autem erat xp̃s qui eſt vere panis qui de celo deſcendit Diſcipul⁹. Conſentio

Magiſter Maria Dum ſtans vel orãs in templo aſpiciebat credebat et intelligebat omnes oblationes victimas et holocauſta. ſacrificia inſup matutina et veſpertina mãducãs. implebaẽ bonis huius benedicti ſacramenti etiam ante ꝯceptum benedicti fructus ventris ſui Diſcipulus. Conſentio

Magiſter Maria Sicut intellexit filium ſuũ fuiſſe agnum qui occiſus eſt ab origine mundi prout Johs in Apoc̃. loquitur. Sic recolens ſacrificium abel et eius martiriũ fruebaẽ xp̃o agno ꝙ fuit figuraliẽ occiſus in eo ꝑmitie martiꝝ et virginitatis ꝺſecrator. Diſcl. Cõſentio.

Magiſter Maria Dũ celebraba tur phaſe ſiue paſcha iudeoꝝ. celebrabat et ip̃i⁹ aia cũ exultatõe ſpũs paſca noſtr̃ qđ immolat⁹ eſt xp̃s quẽ epulabaẽ in azimis ſinceritatis et veritatis fermento veteri reiecto cũ fermẽto malicie ꝙ nequitie Diſcipul⁹. Cõſentio Mgr.

Maria Quocunqꝫ loco fuerit corꝑaliter in veſpere cene domini comedit ante ꝙ poſt inſtitutionem huius ſacramẽti veꝝ corp⁹ ꝙ bibi

spiritualiter verū sanguinez filij sui plus appropriate duz illud iudas comedit solum sacramentaliter si fidem informez tūc habuit. aliter nō Ceteri vero tam spiritualiter q̄z sacramentaliter receperunt. ¶Discipulus Consentio. ¶Magister.

Maria Vespere dicte cene dicēda fuit frui corpore et sanguine filij sui plus appropriate q̄z ipe xp̄us. dicitur se cibasse eodē pane et vino mystice consecratis quia non in fide sed in clara visione nec in augmentuz charitatis sepo fruitus est. ¶Discipulus. Consentio Magister. **Maria** ¶Dicto vespe Jonis sācto. Et si non fuit insignita caracte sacerdotalis officij dum Judas illum suscepit. Nichilomin⁹ nūc et antea et postmodum fuit in regale sacerdotium pre consortib⁹ suis inuncta. non quidem ad consecrandum sed ad offerendum hanc hostiam puraz plenam et perfectā in altari cordis sui. In quo semper ignis ardebat holocausti. Fuit cū rubus ardens incombustus ¶Discipulus. Consentio Magister

Maria Plus complacuit deo plus humano generi profuit post xp̄m benedictum fructum siue filium suū offerendo ipm spontance in holocaustum in ara cordis sui. feruentissima charitate succensi quāuis hoc primitus fieret in enigmatibus et figuris ante cenam hanc benedictam fructus ventris sui ¶Discipulus Consentio Sed ecce numerasti quasi fructus duodecim ligni vite quod in paradiso viderunt Ezechiel et Johannes transplantatum iuxta decursus fluuij defluentis a sede throni dei et agni p̄m ripas duplices a dextris et a sinistris ¶Dixisti ō sinistra figurarum in lege nature q̄ scripture veteris notatarum. ¶Dove si vis totidem ex dextra. fructus veritatum in euangelicis historiis completarum maxime quia dixit apostolus Sacramentū christi absconditum fuisse a seculo. sed in ecclesia et ab ecclesia propalatum ¶Magister. ¶Dictum apostoli non ita strictum accipienduz putaueris vt nō aliqualiter fuerit et ab aliquibus intellectum. quippe sine cuius fide implicita vel explicita. nunquā fuit salus. ¶Non tamen fuit ante legem gratie sicut in ipa realiter exhibitū seu opletum. ¶Faciā igit quod hortaris. Et sit theozeuma primum

Jesu Tua fruitio esurientes replēs bonis virtuosi⁹ affecit marie spm̄ q̄z corporalis cōtrectatio et lactatio suauissima tui ipi⁹ q̄ es benedictus fructus ventris sui. Ratio qz cū maiori meritovū exultauit spūs suus in deo salutari suo ¶Discipul⁹. Consentio ¶Mgr

Jesu Tua fruitio seu manducatio esurientes replens bonis mirabilior fuit q̄ virtuosior suo mō in maria sit et virginali sponso suo Joseph q̄z sola contrectatō vel visio

corporalis dum natus es in bethleem iude. dum reclinatus super fenum iacuisti in medio duum animalium in presepio quasi pabulum iumentorum. Et certe comparat⁹ est homo iumentis insipientibus quibus te dedisti cibum. Et ad quorū vilia et sordida corda sepe venis concinentibus cum ecclesia choris angelorū. Gloria in altissimis deo. Et in ter. pax ho. bo. vo. Disc.: Silētio meo deinceps ostētare videar vbi nihil addidero Magister. Jhu Tua fruitio ꝓsentabat Marie et Joseph in circūcisiōe quādo primo fudisti preciosum sanguinē tuū non dubium cum clamore valido et lachrymis. vnde tunc erauditus es pro tua reuerentia Jhesu. tua fruitio figurabatur in oblationib⁹ trium regum pro primitijs gentiū. ꝙm tūc figurā intelligebāt Joseph et maria confitentes in corde suo. sicut orās postulat ecclesia vt que solenni celebramus officio purificate mentis intelligentia ꝙsequamur Jesu. tua fruitio fuit ipi Simeoni qui iustus erat et timoratus Simul et anne ꝓphetisse cum parentibus tuis in exultatione spiritus et gratiarum actione cognita dum exclamauit Symeon benedicēs deū et inter vlnas te puerum baiulans Nunc dimittis ⁊c. Deniq; in oblatione et immolatione turturum aut pullorum columbarum cognoscebant oblationez tui ipius in cruce signatam. Jhesu Tua fruitio fuit in maria et Joseph per illud vniuersum peregrinationis septenniū dum preterea fuisti ipis subditus stans in medio sicut qui ministrat tam in domus obsequio q̄z in fabrili fortassis opificio. Unde dic⁹ es a iudeis nedum fabri filius sed faber. mansisti vsq; tempus dum eras quasi incipiens triginta annorum vt putabaris filius Joseph.

Jhesu. Tua fruitio gustabatur iam a maria et ab apostolis credētibus dum predicasti. hoc sacramētum et dum abeuntibus alijs quesiuisti a remanentibus. Nunquid et vos vultis abire. Respondit petr⁹ illuminatus intus a patre fortassis et a matre tua astante nutribus et signis admonit⁹. Domine ad quē ibimus Verba vite eterne habes et nos credimus hoc primo. Deinde et cognouim⁹. q̄z tu es christ⁹ filius dei. Jhesu. Tua refectio dum maria recepit ecclesie sacramentum etiā sacramentaliter maxime post aduentū spūssancti q̄ꝑcepit hoc sacramētū frequētari fuit admirabilior suo modo q̄z materialis generatio verbi dei. hec em̄ fruitio sacramentalis ponit generationē verbi dei et aliud multum vltra in admirationē et vtilitatem oim a ꝓgenie in ꝓgenies timētib⁹ eum Jhu Tua fruitio sacramētalis fuit ministrata marie viatrici sicut pie credi potest nedū a Johāne custode. nedum a petro vicario tuo et totius ecclesie principali.

Nexetiã a diaconibus septem cõ/
stitutis ad hoc ipm inter quos pri
mus fuit Stephan⁹.imo et a quoli
bet passim sacerdote sine distinctio
ne.quia sic exigebat humilitas ma
rie singularis dũ attẽdebat opor/
tunũ tempus et loc⁹ ¶ Jhesu Tua
fruitio sacramentalis quo maria
impleta est bonis exemplar erat et
est omnib⁹ fidelibus ꝙ esuriãt hoc
sacramentũ ꝙ impleanť bonis eius
cũ fidei certissime firmitate q̃ spez
et dilectionẽ operať.Deniqz ꝙ nõ
inuanũ vel omissionẽ et otemptum
gratiã hanc id est eucharistiã susci/
piant. ¶ Jhesu.Tua fruitio sacra/
mentalis impleuit mariã prius bo
nis qz obiret id est obuiã tibi xpo
iret et assumereť in celũ nec abhor/
ret a pietate fidei ꝙ tu benedictus
fructus ventris sui totus festiu⁹ ad
ueniens videris sibi sicut postmo/
dũ dionysio in carcere mysterium
hoc corporis dicẽs.Accipe hoc ca
ro mea qđ mox cõplebo tibi in re/
gno meo vna cũ patre meo ¶ Jhu
Tua fruitio nunc est matri tue re/
gnanti in patria copiosior et auidi
or quasi impletio ꝙ toto ore dilata
to sed suo modo videť fuisse mira/
bilior in via.Ratio.qa difficilior ꝙ
in augmento meriti ꝓpter enigma
fidei maior. ¶ Discipulus.Consen
tio. ¶ Magister.Congaudeat igiť
et exultet semper ecclesia cũ iocun/
do pignori.amorosi osculata dono
Ecce ecñ emanuel id est nobiscũ de/
us quãuis absconditus quãuis ve
latus tamen vere deus Compleuit
deniqz quod ascendens promisit.
Ecce vobiscum sum vsqz ad cõsum
mationez seculi neqz iam est aut fu
it alia natio tam grandis que ha/
beat deos appropinquantes sibi.si
cut deus noster adest nobis.et cer/
te ipi non sunt dñi ¶ Discipulus.
Stupeo totus mecum et admirati
one suspendor vnde talis qualiter
et cur hec gra. hec eucharistia hec
bona gratia ¶ Magister. Mirari te
non ad infinita. Nolo que siĉ volu/
it sciuit et potuit.Omnia cñ quecũ/
qz voluit fecit.et que fecit bene feĉ.
Vidit ecñ cuncta que fecit et erant
valde bona ¶ Discipul⁹. Cur hãc
mihi causaz inducis que generalis
est ad omnia vellem vt ad particu
larem et primiorem causaz huius
sacramẽti descenderes ¶ Magister
Si hec in primis tibi causa nõ suffi
cit neqz si mille alias assignauero
poteris cõtentari.nec ad intelligẽ/
tie lumen ascendes. Et hoc dicuz
sit vniuersaliter ꝓ omnib⁹ articulis
fidei Verũ siquidem credere opor
tet accedentez ad deum quia est.q
quia mentiri aut fallere nõ potest
Sed in hoc sacramento precipue
requiriť firmissimũ fidei fundamẽ/
tum. Alioqn quicquid rationis in/
ductum fuerit plus offendet et ob/
ruet qz edificet vel ostendet. ¶ Di/
scipulus ¶ Credo sicut ecclesia cre/
dit ¶ Magister. Sta firmus in hac
certitudie verborũ et securꝰ es.aut
si opendiosius agere vis. dic ex to

to corde xpianus sum // Discipul⁹ Fiat assidue domino propitio. Magister. Quid igitur vltra petis. quid exigis? // Discipulus Sane Cupio vtrūq; intelligere quod credo. tum ad consolationem meam. tum aliorum catholicorum fortassis edificationem simul et hereticorum confutationem // Magister. Cause placēt si tenueris illud apostoli. Non plus sapere q̄z oportet. Sunt em̄ diuisiones gratiarū. Humbulet vnusquisq; igitur prout ei diuisit dominus mensuraz fidei. hoc in expositione vel intellectu sacrarū scripturarum. hoc vniuersaliter in omnibus operibus dei considerandis obseruari necesse est. quod q̄a philosophi non fecerūt errauerūt in vanitatibus suis. et obscuratum factum est insipiens cor eorum. Similiter et secte omnes hereticorum date ob hoc in reprobum sensum // Discipulus. Dabit deus meliora nobis qui credimus vt intelligamus. non intelligere volum⁹ vt credamus. // Magister. Preposterus esset ordo nedum in theologica sed in omni generaliter disciplina nouiter accedentiū ad discendum. hoc pitagoras. hoc plato hoc sācti patres pro cenobijs. hoc omnis scola non discola canit. hoc rursum absurdum est docentibus ne dent sanctum canibus. ne spargant margaritas ante porcos. ne non edificent sed destruant memores illius sapientis. Qui erudit illusorem ipe

sibi iniuriam facit. Fuit notus mihi quidam scolasticus habens deuotionis spiritū. Ingesti sunt animo suo scrupuli multi quēstionū circa benedictū hoc sacramentum. Petebat instantia otinua dissolutionez dubioz suoz a maximis theologis. quos nouerat parisius. Quid morarer enarrando per singula. Crescebat morbus ex remedijs. et sicut de emorroissa legit⁹ pe⁹ in dies se habebat ex remedijs et impensis. Consuluit tandem vnus expertorū vt ad orationē totū se conferret et cōtra scrupulos omnes ageret. suscipiens sacramentū. dicens hec aut similia verba. Credo sicut ecclesia credit. Credidit et accessit. sere/natus est et solidatus nec paz illuminatus deinceps circa veneratio nem huius sacramenti // Discipul⁹ Noui et ego illū // Magister. Noui pinde et expertus noui nedum circa hūc articulū sed in alijs varijs ofiliū hoc habuisse similem effectuz quēadmodū testat Aug. q̄ ad vnā vocem cesserunt oīes dubietatis tenebre. et perierunt oīes questiones quibus anxiebat circa textum apostoli. Deniq; meminit alio loco q̄ nō satiebat dulcedine mirabili. ofiderare dei ofiliū circa redemptionē generis humani. qualē deniq; postmodū in oīb⁹ articulis fidei. nominatim in hoc se prestitēit experta letat oīis ecclesia. Hodie maxime sub annuo solennitatis sue festo quo hec scribim⁹ // Discipls

Orandus ergo est de⁹ Magister Credo dñe.da intelligaz quod credo nunc quidez ex parte.tunc autē facie ad faciem et perfecte oratum est ¶ Discipulus. Quid si noluerit exaudire dicens. Sufficit tibi gratia mea quia credis. Fides enī dei donū est ait apostolus ne quis glorietur ¶ Magister. Sufficit itaqz mihi. Sed si ampliora mihi liberalitas sua cōcedere voluerit nō abiicia nec ingrat⁹ recipiam. Alioquin deneget aut tollat omnez in caligine peregrinatōnis huiusmodi intelligentie collustrationem. sit lucerna pedibus meis solū fidei verbuz et lumen semitis meis potius qz cum claritate maiori. man⁹ peccatoris per superbiā aut curiositatē moueat me ¶ Discipul⁹. Placet hoc humilitatis fundamentū ¶ Magister. Nunc si vis videre Jēm oportet quia statura pusillus es et turbe fāmiliaz te compmunt vt ascendas in arborē ficomoz exēplo zachei simul obedi sapientie que post preparationē hui⁹ sacramenti sub typo immolationis victimaruz suaz vocat ad arcez ¶ Discipulus. Explana quid p arcem intendis et ficomoz ¶ Magister. Mentem tuam et mysticam sapientiā. ¶ Discipul⁹ Quo pacto fic? ¶ Magister Colligе per interpretatōnē ficomori que ficus fatua dicitur similiter et crede dionysio dicēti sapiam dei diuinissimā stultā esse. Siquidē q apli⁹ audi. Quod stultū inquit est dei sapientius est hōibus. Et itez. Qui vult sapiens eē stultus fiat Hic titulus scole hui⁹ stultitia est tradente lactantio. Audi apli⁹. Predicamus Jēm xp̄m Judeis quidē scādalū. Grecis vero stultitiā. sed qđ stultū est dei sapienti⁹ est hominib⁹ ¶ Discipulus. Cur ea que cōmunia sunt p tota fide xp̄iana nunc inducis ad singularē materiā quā tractamus ¶ Magister. Ratio in ꝓmptu est quia nulla videt apud sapientes huius seculi maior. nulla absurdior stultitia. nulla qz magis infatuat sensus carnis exterius et interius qz hec sapiētia dei. Cognitum est quid latrator iste demens euomuerit aduersus leges omnes q male sunt. xp̄iana vero pessima que deum suū quotidie comedit ¶ Discipulus. Cum tot nephande leges fuerūt et horrende dantes in sacrificiū et epulas homies vivos imo filios ꝓprios et filias cū alijs innominabilib⁹ portentis viciez. Colligo quantū quale ve scādalū et ruinā maledict⁹ iste sibi suscitaverit aduersus hoc bñdictū sacramētū ¶ Magister. Sic refert Lyra de iudeis q idolatras nos extinde pessimos execrant. Facit ad hoc historia iudei bullientis et transuerberātis hostiā osecratā parisi⁹ sed mirabiliū ofutauit illū. a lios qz cōuertit ¶ Discipul⁹. Nota loqueris. Ad quesita nūc accede causā aperiens ad intelligentiā. Cur ita deus fieri voluerit qui omnia fecit in sapiētia

Magister ℟ Respondet apls ꝙ qz in dei sapientia mundus eum non cognouit. placuit deo ꝑ stultitiam predicationis saluos facere credẽ tes. Est aũt hec stultitia p̃dicatõis ꝙ deus põt alia facere q̃ fecerit aut facit ꝑ liberrimo sue volũtatis arbitrio. Hoc eñ xp̃iane religiõis fundamentale principiũ. quo cõcesso subuertit et corruit funditꝰ oim pb̃oz radicale principium Omnia quecunq; voluit dominus fecit. ait xp̃ianꝰ. Omnia quecunq; fecit dominꝰ dicit pb̃s necessario fecit. nec aliter aut alias facere potuit Discipulus. Prudem recensui mecũ. qz nõ põt tradi capitalioz diuersitas inter fidem et pb̃iaz. Nam posito pb̃ie fundamento. sequit necessario mundũ nunq; incepisse. Sequitur animas humanas vl esse infinitas vel esse vnicã vt delirat Querrois. vel migrare de corporibus in corpora ꝑ infinitas reuolutõnũ vices vt somniabant Pitagoras et Plato et sequaces. aut ꝙ anima rationalis mortalis est Quodcunq; vero discessuz fuerit ex altero quatuor hoz modoꝝ tollitur consequenter omnis pia religio ℟ Magister. Ite colligis nunc oculos tue cõsiderationis fide purgatos. Conuerte ad beatã beataz Mariam perpendens aperte q̃ verum sit illud ecclesie laudantis eaz preconiũ. Gaude maria virgo cũctas hereses sola interemisti in vniuerso mundo. pb̃oz maxime ℟ Discipulus. Quo

pacto sic? ℟ Magister Nimiz. quia verbũ vẽbo virgo concepit. virgo ꝑmansit. hoc nos credimus. ipa ꝑ experientiam intellexit. Nihil vero scitur verius q̃z doctrine experientia. Hanc solam habere ducem et magistrã ꝓfessi sunt pb̃i. Siquidez tolle certitudinez experientie. tolle veritatẽ eius subuertit pariter ois philosophantiũ via vel inuestigatio veritatis. Tollit vero falsa. vel insufficiens experientia quã opinati sunt pb̃i habere generalem. ꝙ ex nihilo nihil fit. ꝙ nõ nisi ꝑmixtione seruũ homo fit. ꝙ deus nec hominibus nec corporibꝰ cohabitat. cũ ceteris sine numero que oñia partus ꝑ virginem nostram expertus falsificat et confundit Discipulꝰ. Habebat ne maria rationes alias ab hoc vnico partus experimẽto? ℟ Magister. Habebat ꝓfecto per spiritũ ꝓpheticũ tam suũ q̃z precedentiũ patrũ. qui spiritus apertissima luce sup omnẽ rationem vel demonstrationẽ haberi naturaliter possibilẽ. veritates nostre fidei certissime reuelabat. et ad intelligentiam collustrabat ℟ Discipulus. Quid queso, dixeris? An beata nr̃a videbat vez corpꝰ filij sui. dũ ip̃m sacramẽtaliter cõsecratũ sumebat? ℟ Magister Si de visione sensuali queris nec ab oculis eius in via neq; nunc in patria corpaliter p̃cipi p̃t vt hic est. Intelligi vero sicut et credi vere p̃t ponit spũs oculo Discipulus Confundit hec intellectualis

experientia sapientissima. stultum phie principiū velut in omnibus. Sed erat altera ne ratio Marie cō tra phos q̄ p revelationem aut fidem? ¶ Magister. Erat pfecto q̄ uis ratione hāc etiā ex naturalib⁹ et metaphisicis officinis. et nostra fides plurimū iuuaret et illustraret ¶ Discipulus. Affer obsecro rationem vel moralem si habes. vel metaphisicā vel mathematicā vl logicalez vel legisticaz p̄m tres partes phie ¶ Magister. Animaduerte in p̄mis veritatē vnā. qua salubriorē. qua solidiorē nullus vnq̄ phorū legit posuisse. nullus recte philosophantiū tradit vel nescisse vel negasse ¶ Discipulus. Pape. dic que sit illa etsi theologie consona sit. Magister. Consona plane. Est aūt hec veritas. Quicq̄d fit. fit p̄pt finē ¶ Discipulus. Legi eam in phicis et metaphicis ab Aristotl. legi ab Auicenna. legi a omentatore et Algasel cum ceteris sub hac sentētia varie demonstrataz. Nec vox vlla experientie osonantior inuenit. sed quid ad rem nraz? ¶ Magister. Multū p omnia. Primo quia osequentē oportet vt p̄m experientiā vel exigentiam finis cetere omnes causę tres habeant moderari. sicut efficiens causa sit illa p̄ncipalis instrumentalis aut coadiuuans. Iterum materialis causa sit illa prima vel secūda vel tertia. Rursus formalis causa sit illa. ostituēs. informās. inherēs aut solū exemplaris. aut objectaliter seu vitaliter immutans de quibus nō est differendū p singula. sufficit applicare p̄posito. ¶ Discipulus. Sufficiat. dū p̄mitt⁹ ostenderis veritatē hanc theologie oformem esse ¶ Magister. Non pōt ad p̄ns efficacius exemplū sumi neq̄ sublimius q̄ in ostitutione prima gerarchice policie vbi seraphin supiores collocant et immediatiores deo. qz bonitatem et amorem dei p̄rimius inspiciunt. q̄ bonitas et amor finis est omniū aliorū. Ad cherubin vero causa formalis vel exemplaris spectat sicut efficiens ad potentiam in thronis designata ¶ Discipulus. Lego exemplū hoc a dionysio traditū simul et deductū ¶ Magister. Nunc vero solerter attende p re nra demonstrationē moralē. primo a fine p stultitia nra contra mundi sapientiā que more golyad iugulat ense suo. Portat insup litteras/vt Urias mortis sue. Si enim cuncta facta sunt p̄pter finē. homo cū bona gra phorū. si sūt homines nō erit excludend⁹. Nunq̄d em̄ vane constituisti omēs filios hominū querit p̄phetic⁹ phs hoc a dño sic impossibile. Est igit hominū finis aliquis. et hic quidē supior ad bruta omnia. quēadmodū precellit ea ratione. qua dei capax est et particeps esse pōt p cognitionē et amorē cū memoria. Mentior si non Aristl. inchoauēit duos libros ab hoc pūcto p̄m duplicem vim anime rationalis. voluntatis scz et intellectus.

In ethicis de voluntate. Omnia inquit bonū appetūt In metaphisica. de intellectu. Omnes inquit hoies natura scire desiderāt. Colligatur acriter vtrobiqz dsequēs deductio quid aliud inuenietis dclusū qz homines factos esse ad beatitudinis seu ad felicitatis dsecutionez? Hec aūt dsecutio nequit haberi sicut prīmo dicebat Si omnia de necessitate eueniūt. vtiqz necessario si deo necessario agit ad extra. quia nulla causa secunda est nō sibi essentialiē subordinata Sed neqz pt vlla beatitudo manere si hōies vel infiniti ponunt actu vel finiti sub vno intellectu vel p mortē totaliter deficientes aut de beluis ad beluas pm animā regirantes Discipulus. Iurget vehementer moralis hec ratio cōmunes habens p omni secta causse partes. dic logicalē rationem.

Magister. Accipe simul cum metaphisicali p maiori solidiori qz opē dio. Pono istā. Deo est quo maius cogitari nō pōt. Debet eam logicus admittere qm ex eius dcessiōe nihil sequit impossibile. Debz q eā metaphisicus acceptare q ponit deū esse primū in entib⁹. imo sup omnia quo nullū maius esse pt. qz iā si esse posset. esset. cū in necessarijs nō differant esse et posse pm Aristotilē et veritatē. Pono dsequent vtriqz logico et metaphisico. Cū deus sit optimū et sūmū in reb⁹ et sup oia. dicet recte et erit ens vniuersaliter pfectū. Et ne processū impediat vel

nominis equiuocatio vel ignorantia. Loco ens vniuersaliter perfectū cui nulla deest perfectio. nec impfectio vlla adest. Et hoc anselmus sic explicat. Ens cui conuenit omnis perfectio seu potius omnis pfectionis denominatio que melius est ipm qz nō ipm id est vnde res pfectior dicit et est simpliciter si sibi cōueniat illa denominatō pfectionis qz si careret illa Discipulus. Non video qualiter in hac descriptiōe entis simpliciter pfecti debeat logicus aut metaphisicus dissentire tibi. cum nomina sint ad placitū Magister Iocamus ens tale deū. imo iam non solū vocamus cū logico sed ipi metaphisico apertissime demōstramus qm natura semp incepit a pfectis. Ideo necesse est q purus actus precesserit omnē potentiam. Quid aūt est purus actus si nō ens p se et simpliciter dictū sine additione quacunqz? Et hoc vtiqz dcessuz est ab omnibus esse et esse deū. Nam si tale ens simpliciter dictū nō est ens quid aliud esse pōt? Si logicus resoluit diffinitiones suas ad aliquid primū intellectū. illud vtiqz necessario dicitur ens primū et simplex. Quicquid em intelligit arguit Bonauentura. intelligit vel vt nō ens vel vt ens. Hec diuisio est p immediata et in primo principio scz vt ens et nō ens. cū pbationes et negationes nequeant intelligi nisi p habitū oppositū prius intelliget ens qz nō ens. Si aūt ita est oportebit q

ens intelligaꝫ altero modo vel vt ens in potentia vel vt ens in actu. ꝑmixto potentie vel sine potentie admixtione. Si istud secundū deꝫ. habeꝫ ꝓpositū. qz illud est deꝰ. oportet aūt ꝙ ita sit ꝙ potētia non nisi ꝑ actū cognoscīt. et quasi ꝑ analogiam Et ꝺsequenter ex ꝓ̄bi regula logicali. Si analogū ꝑ se positum ponīt. ꝑ suo significato principali Ista est prima vera necessaria. Deus est ens ꝺcedenda tam a logico qz a ꝓ̄bo metaꝓ̄bico. imo apud habētes veram ēminoꝫ illoꝫ duoꝫ notitiā. Ens et deꝰ dicenda est per se nota nō minꝰ qz primū ꝓncipiuz Discipulus Irrefragabilīt mihi videris cōplecti iuncto ꝙ si ens in potentia ꝓius dicaꝫ intelligi. necesse est hoc fieri resolutiue per ens in actu. sed perge ꝺsequēter. Magister. Precurro. tu sequere. Si deo competit omnis denominatio ꝑfectionis simpliciter. abiecta prorsus imꝑfectione. cū ꝑfectius sit agere libere. ꝺtingenter. extra se. qz necessitate nature. Cōuenit hec libertas deo. qz uis eñ libertas ꝺtingentie nō sit perfectionis simpliciter respectu finis. est tñ ꝑfectionis respectu ꝺordinatoꝫ in finē qñ sine talib⁹ medijs finis nedū haberi vel adquiri pōt sed obtineꝫ necessario sicut est de deo cuius perfectio non ꝺpendet ab alijs extra se. alioqn nō essz ꝑ se sibi sufficiens. alioqn. preterea nō posset esse beatus absqz creaturis Discipulus. Fecimꝰ ab incho

ata sacramēti eucharistie materia ꝺgressum plus mole sententiaꝫ qz verboꝫ grauidum. nō tñ inutiliter ad exaltationē stultitie xp̄iane contra sapientiā mundanoꝫ Magister. Quid si voluerimꝰ traducere metaphisicā ad rem nr̄az Discipulus. Vide ozo quid agas. quia nō habet encharistie sacramentum emulā acriozem que ꝑ suas acribologias id est ꝺmonstrationes potissimas ꝙ ꝑ omnes animi ꝺcepti ones oꝓpugnare nos satagit. Cōstat ait ꝙ si due q̄ntitates iuxta ponaꝫ et neutra alterā excedat ambe sunt equales. Itez si ab equalibus inequalia demas que remanēt sunt inequalia. Totū est maius sua parte. Et ita de ceteris ꝑ se notis. Ecce vero clamat ista. Ecce corpꝰ humanū solite quātitatis applicaꝫ hostie paruule. nec tñ excedit vl excedīt Magister. Esset vtinam nobis intellectualis iste vigoz elcuaꝰ sup fantasiā et imaginationē quē/admodū fuit in maria. perspicuum esset statim ꝙ aduersus hoc sacramentū metaphisice positōnes nihil ꝺcludūt. Possemꝰ insup ex diuersis eloquijs filiaꝫ metaꝓ̄bice que sūt Arismetrica Geometria Musica ꝑspectiua. Astrologia gratas accipere ꝑ nobis manuductiones. Sz ad ꝓpendiū satis sit hic explodere q̄ obiecta sūt ꝑ distinctionē. Quid est quantitatē applicare quantitati Aut hoc fit dimensiue. aut ꝺmensuratiue vel circūscriptiue. et ita meta

phisicas oceptiones non negam⁹. aut applicatio fit tm̃modo diffiniti ue et nō localiter. quēadmodū anima rationalis applicat corpori suo tota in toto. et tota i qualibet parte non localiter. Et super hoc nihil ad metaphisicā cui deest intellectualis oculus fide purgat⁹ vt possit diuinū hoc mysteriū intueri. Dem⁹ queso deū plus nosse q̄z metaphisicus naturalis pōt intelligere. Si filia ei⁹ astrologia potuit inuestigare licz vmbraliter et imp̄fecte. virginē beatā gestare in gremio puerū celitus in signo virginis quem aliqui Jh̄m vocant. sicut testis est Albumasar. Nō abnegem⁹ partū nostre virginis. q̄ talis decz partus deū

¶ Discipulus Omiseris ista p̄ nūc fauorē fidei sonantia et ad defensionem p̄priam intende docens quēadmodū quantū corp⁹ alteri possit coaptari modo nō quātitatiuo qm̃ exemplum de anima rationali nullū est vere. caret em̃ quantitate

¶ Magister. Fiat hoc p̄ ouersionē panis in corpus x̄pi iam existens. accidentib⁹ panis remanentibus. Ita q̄ iam corpus x̄pi non est hic locatū in hostia p̄ dimensiones p̄prias. sed per illas que panē afficiebant Et quia quelibet pars panis transsubstantiata est in totū corp⁹ x̄pi. p̄terea totū est in tota hostia et totū in qualibet parte. non plus habens positionē ad locū dimensiuā q̄z anima nostra

¶ Discipulus Etsi p̄supponat hec responsio tua rem valde mirabilē. non tm̃ ita deo

impossibilē q̄n subsit sibi cum volu. erit posse. Neq̄z em̃ maius. estimorem esse mutare in aliam per potētiam obedientialem creature q̄z rē ex nihilo p̄ducere. Sed quid dicetur s̄m positionez illorum qui cōtendunt panis substantiam remanere tanq̄z sit facilior ad saluandū hec positio.

¶ Magister. Imo vero difficilior et hereticalis. tum quia damnata per ecclesiam. tum quia tollit veram existentiam corporis x̄pi in hoc sacramento. Non em̃ remanet via vel ratio saluandi verā p̄sentiam actualem corporis x̄pi nisi quia transsubstantiatus est panis in ip̄m. sed saluat modo dicto. Fallitur itaq̄z p̄hor mathematicorum imaginatio quasi totum corpus sit extensum et extensiue sub dimensionibus hostie. ita q̄ propria quantitas sit ratio sibi essendi in loco. quasi p̄terea sit respectus ad locum sicut est ad inuicem partib⁹ in toto. neq̄z tamē dimēsiones panis remanentes afficiunt corpus x̄pi vel inherēt sibi. sed per se stant ab oīni corpore separate. Unde sicut dicimus nos petrum videre dum videmus sua accidentia vel figurā Ita dicimus nos videre corp⁹ x̄pi dum videmus accidentia panis illius qui in ip̄m transsubstantialiter conuersus est

¶ Discipulus. Causam aperis cur predictus error dū putatur esse facilior destruit totaz fidem huius sacramēti de vera existentia corporis x̄pi sub speciebus panis que non solum figurant sed

continent. Alioquin si non continerent non plus esset hostia adoranda q̄z petra deserti que xp̄m figurabat. Petra autem erat xp̄us ait apostolus. Sic de figuris oīmbus alīs. Sic de imaginibus et picturis et litteris curreret argumentū. Deniq̄z nec fides haberet meritum nec veritatem xp̄i verbum. nec efficaciam eius sacramentum ¶ Magister. Dove q̄ fieret iniuria predicatozib⁹ primitiue ecclesie doctis ab ore p̄pio beate virginis. Sicut et paulus asserit se hanc veritatem a domino accepisse Possem adducere mira super hac transsubstātiatione mōstrata per alia Insuper manuducere legis vtriusq̄z mira exemplo ambrosij promptum esz. Sed si sensus deficit ad firmandum cor sincerum sola fides sufficit ¶ Discipulus. Sufficit mihi plane quāuis claritas intellectualis rationis ad vita sit deo laus et gloria. Claret ex fine q̄ institutum est hoc sacramentum quatinus ostenderet deus immensitatem sue potentie. Incomprehensibilitatem sue sapientie Inenarrabilitatez sue beniuolentie. Et hec triplex ratio est potissima q̄m in perfectione finalis cause solidatur. Propterea transfer te nunc ad declarandum copiosissimā vtilitatem huius sacramenti et postmodum regredi posterius ad ceteras questiōes si fuerint insinuati fruct⁹ p benedictissima v̄go benedicti fructus ventris tui. vnde crebro cecinisti magnificans cum exultatione spiritus ad supmentales excessus rapta. Esurientes impleuit bonis. et diuites dimisit inanes. ¶ Magister. Esuries in p̄mis necessaria nobis est. si tantis querimus impleri bonis ¶ Discipulus. Sic putandū sed quid impedit aut quid inducit hanc esuriem aperire paucis non postponas ¶ Magister Scis quid obstabat filīs israel ne manna saperet eis sed verteretur in nauseaz ¶ Discipulus. Murmur improbuz et ingratuz quia desiderabant carnes allia pozros et pepones egypti ¶ Magister Caueamus similes fieri. Eustatis quippe tam vilibus egyptiace tenebzositatis escis desipit omnis cibus spiritualis. Esuries itaq̄z causatur ex euacuatione stomachi. a noxīs humozib⁹. hanc vero paupertas spiritus facit. Exemplum habetur xp̄i crucifixi. non vult bibere vinū secularis delectationis. q̄z mirratū. q̄z felleū. q̄z aceтosū ē spū Dicit cū p̄s. Renuit cō solari aīa mea. Memor fui dei et delectat⁹ sū. Rursus ip̄e timoz domini reuerētialis obediēs et hūilis operat esurie sanctā. q̄z sanctā a seculo inanitatē. Mititas p̄terea cū pietate tollit vir⁹ amarissimū rancozis et inuidie. Scientia vero cū luctu purgat et abluit vasculū cozdis a sinthomatib⁹ et fetozib⁹ p̄teritoz criminū. Conferr̄ p̄inde fortitudo sanitatis in spū vñ osurgit esuries et sitis iustitie. Et vbi iustitia si in hoc defuerit sacro? Deniq̄z p⁹ dixerat p̄pheta de male habentibus

Omnem escam abominata est anima eorum. Advit. Clamauerunt ad dominū. Sequitur Misit verbū suū et sanauit eos de interitionib⁹ eorum Et quō sanauit? nisi quia fastidio pereuntes recreauit appetitū. Ideo sanauit. quia non in solo pane viuit homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Ut vbi mittit istud verbum presentialius alibi q̄z apud hoc sacramentum? Desit igitur iners desidia que sibi noxios ex indigestōne humores attulerat cū per exercitiū calor non acuitur in spiritu sed languescit. Assit tandez masticatio per integros et fortes meditationis sancte dentes. quo fiet vt cibus ita ruminatus plus sapiat plus appetat. ac pinde plus nutriat. Sufficerit hic pro presenti dragmate psalterij marie sup hac corrola Esurientes impleuit bonis per notulas centum. Porro supersunt longe plura que certis ex causis censeo conuenientius per soliloquium q̄z per alloquium nostrum meditanda esse vel quantum nostra psaltes impetrauerit otēplanda. Tu interim frater tecum habita. postmodum fiet dum reditus erit nobis ad commune colloquiū doctrinalis apertio super oīnibus in soliloquio personatis. Discipulus. Longanimis expectabo.

Explicit primus tractat⁹

De eucharistia

Sequit alter soliloqu⁹ multa varietate distinctus. Et sunt in eo particule quasi notule cantabiles cētene vel vltra p loco pegrinatōis mee

Magnifica anima mea dominum. dum clauso ortuli nostri florētis hostiolo vacamus a seculo. dum nullus obstrepit alienus. Loquar nunc ad cor tuum. dicam. Magnifica precor anima mea dominuz. Magnifica quoniā magnifice fecit. Esurientes eñ impleuit bonis. Dedit nobis panem de celo verum sub vmbracu/lo sacrosancti eucharistie sacramēti. Dedit et nobis abunde omnia ad fruendum in hoc benedicto fructu ventris tui. O benedictissima feminaruz. Fas tibi est o anima mea fas gloziari et ex toto dicere. Sub vmbza illius quem desiderabam sedi et fructus eius dulcis gutturi meo. Sede igitur solitaria sede et file et leua te super te sede per quieem non per corpozem. deus impleb it desiderium tuum in bonis. desiderabas dilectū ex dilecto. dilectū per amorē amorosissimū Ecce sub vmbza isti⁹ sedes sub sacris eucha/

ristie simbolis.os aperi per auiditatê deuotionis et attrahe spiritū caritatis. Dilata os tuum per desiderij feruorem. Ipe fm xpm missum suum complebit illud. Et quibus implebit? Plane fructu eius qui dulcis erit gutturi tuo. Fit o aia mea guttur tuū sicut dilecti tui suauissimū. Noli cadere in maledictionem talium quales xpheta detestat. Sepulcrū patens est guttur eoz. Cauue fetores horridos exhalare criminaliū sepulcroz. Noli scatere tetris detractionū.aut quarumlibet spurciaz cadauerosis feditatib⁹ et vermibus. Fit purum sanctum nitidius oleo letitie guttur tuū Fit vinū optimū dignum dilecto ad bibendum et labijs illius et dentib⁹ ad ruminandum. Experieris certe vicissitudinem dilecti. quia dulcis est gutturi tuo fructus eius. Fructus iste si nescis o anima mea.fructus est trium seminū. Tricesimus incipientibus. Sexagesimus proficientibus. Centesimus perfectis. Seminatus fuit in terra non exculta vel operta.sed fuso tñmodo imbre celitus cum voto spiritussancti viuifico qz caloze.decoctus fuit meridiano sole passionis. Datur tibi nunc velatus nebula. Dixit sapiēs q̄ in festinatione nebule est omniū medicina. Suscipe latentem. sede vacans tibi et sibi soli. Senties affirmo quid sapiat verbuz illud Et fructus illius dulcis gutturi meo. Gustabis itaqz o anima mea qm̄ suauis est dominus gustabis bonū verbum eius q̄ virtutes futuri seculi.credes sapientie de se illa preconisanti. Spiritus meus super mel dulcis et hereditas mea super mel et fauum. Curres post exhortationes. Transite ad me omnes qui cō cupiscitis me et a generationibus meis adimplemini. Surge propēa o anima mea. Curre. ecce trahit te dilectus tuus post se. Trahentem sequere.secura sede sub vmbra sacrozum eucharistie velaminū. Experieris sane. gratulabunda qz cantabis. Et fructus eius dulcis gutturi meo. Gustato fructu dulcis amici tui. Quid superest o anima mea quid dicis. quid speras. quid gemis? Accipio furtiue venas susurrij tui clamans introrsus cum silentio Sitio Introducat me rex in cellā vinariam. post cellaria fructus sui En ipe est vitis vera.cuius vinum generat virgines. nec solum generat sed impregnat. Det ipe virum illō.det bibē sobriā ebrietatē spūs. Introducat me in cellam vinariaz Quid tibi vis o anima mea? Dudum dixisti post petitum osculum oris sui. Meliora sunt vbera tua vino. Et iterum. Memores vberum tuozum super vinum. Cur nunc vinum petis? Sed pro te mihi respōdeo.quoniam ipe tibi est lac et vinum siquidem. et vbera eius sunt botri vinee. Loquitur quoqz. bibi vinum cum lacte meo Vocat insuper Comedite amici et

bibite et inebriamini carissimi. do/
ce facis O anima mea. inuitata
non abnegas. non dissimulas. non
causaris. Dulcis fuit fructus eius
gutturi tuo. queris sitiens et voca
ta bibere vinum diuine suauitatis
post vbera consolantis humanita/
tis. petis impleri quod sequitur In
troduxit me rex in cellam vinariam
Quid agis anima mea. quenā hila
ritas vultus. quis tremulus et ho/
nestus oculoꝝ nitor. quisnā omnis
gestus. omnis alacritas letitia simꝫ
et voluptas? Quid siles. quid qua/
si spasmata stupes? Vere agnosco
quia introduxit te rex in cellam vi
nariam. ordinauit in te caritatem.
imo caritate vulnerauit te Imo ca
ritatem si dici potest. sicut sine mo/
do. sic sine ordie dedit. Hinc modꝰ
dilectionis tue non habz modum.
hinc tota liquescēs. tota collabēs.
tota te non sustinens suspirabūda
susurras. Fulcite me floribus. stipa
te me malis. quia amore langueo.
quia vulnerata caritate ego sum.
Meditor ego mecum dummodo te
talem inspicio. O tristis nup anxia
et paup anima mea. quāta et qua/
lis sit. hec dextre dei sponsi tui mu
tatio mirans et ego tecum recog/
nosco. Itaqꝫ libet exclamare. O qꝫ
bonus et suauis est domine Jhesu
xpe spiritus tuus. qꝫ viuus et effi/
cax sermo oris tui qui in cenaculo
grandi strato ecclesie tue syon pa/
nem et vinum corporalis edulij cō
uertit in fructum dulcem animaruz
corporis et sanguinis tui. Siquidē
sermo ille. verba ista que locutus
es. spiritus et vita sūt. Vere spiritꝰ
et vita. vnde in te talis effectus est
exortꝰ. in te sicut anima mea. Quid
reliquū est o anima mea. fulcita es
floribus sanctorum desideriorꝝ. sti/
pata malis ordinatarum affectio/
num sub expectatione futurorum
premiorum. Video qꝫ bene tibi sit
non deserut te collabentem dilectꝰ
tuus. Indicat hoc tuum velut au
re tenuis suspiriū. Leua eius sub ca
pite meo. et dextera illius amplexa
bitur me. Ecce iam fructum edere
non queris suauez gutturi tuo. nō
cellam vinariam introire. non fulci
ri floribus. nō stipari malis. sed to/
ta in totum lapsa et collapsa. tota
complexu suauissimo. serenissimo et
casto in eius sinu consopita quie/
scis. O qꝫ beatus et efficax et felix
est cibus iste fructuosus Vinum ē
viuacissimū corporis et sanguinis
tui xpe Jhesu. Vnde talis compa
ratur effectus. talis refectio. talis
dormitio quies talis in pace in id
ipm. Atuero qꝫbreuis hora dic ob
secro te benigne Jhesu. Sic enim
innuere videtur anima mea. Dic p
amores tuos quod sequitur. Adiu
ro vos filie iherusalem per capre/
as ceruos qꝫ camporum ne suscite
tis neqꝫ euigilare faciatis dilectaz
donec ipa velit. O qꝫ bene sibimet
et mihi excidit. siue excedim⁹ deo.
verbum o Paule summa suaui/
tate refertum siue sobrij sumus

vobis verbuz heu erumna miserie repletum. quia repletur homo multis miserijs dum redit ad se. dū redditur ipe ad terram miserie et tenebrazum. ab illa qua interim quiescebat in regione viuozum. Sic est o aima mea suscitauit te vita immortalis. resozbuit te ad se pondus cozporis Corpus itaqz quod cozrumpitur aggrauat animaz. Languida prozsus et vulnerata charitate vigilas. Tu suspensa respectas vndiqz si forte redeat ad te dilect⁹ tuus Cui⁹ adhuc caloze tepet lectul⁹ noster flozid⁹. Dirigis aures ad oēm sonitū vel flatum seu sibilum aure tenuis. Si forte audiatur in silētio vox optata dilecti tui. fallor autez in somnis vigilo si nō ita res se habeat. Non eñ poterat zelotes amicus. minus amare q3 amica nō impar esse ad amoris vicissitudinem. Nam audio clamantem. vulnerasti cor meum soror mea Quid igitur? Considerans ego amorem sponsi in celeri reditu. laudo pariter vigilantiam solicitudinis tue o anima. Erat adhuc delonge saliēs in mōtibus. transiliens colles alacer et hilaris canticans pre amoze. Sensisti continuo distantis adhuc vocem et exultationē. Exilisti ilico tremefacta et dixisti. Vox dilecti mei est. supplendum quā audio Vox sonora. cuius auditu resurgunt moztui. naz qui audierint viuent. Et nō ne te moztuā indicas o anima aut certe moztue similem dum amicus abesse putatur? Non auertas inqt prophcta faciem tuam a me Dat rationem precis. quia similis ero descendentibus in lacum. Vox autem domini dum super aquas et aquas multas. fantasticarum fluctuum agum. illic sedens. illic virtutez populo suo spiritali dans et benedicens in pace. Sed et intercidit flāmam ignis illecebrose temptationis vitulosqz petulantis superbie licet libani id est cādidati videant sub coloze boni concidit obruit et conterit. Hec est vox dilecti Verū quod agimus quozsū anima quozsum abzipimur? Referam ego tetum secrete inter nos alloquia tractare de fructu vite. de pane qui de celo descendit. et dat vitam mundo. vox exhortationis mee hoc deberat initium. Magnifica nunc anima mea dominū. subiunxeram quasi pro causa vel theozcmate dicendoruz. quia esurientes impleuit bonis. Sed ignoscendum est. danda venia sobzie ebzietati. quam cella vinaria propinauit imo vere iam venia nil opus est quia dignissimo nostro probationem intimiozem operatur. ostendens in hoc nostro sacramēto Esurientes impleuit bonis. Et sic implentur vt plenitudinem non capiant. desiliant quasi ruptis lagunculis virium omnium. titubant quasi quis crapu-

hit ad idē illud ps. In voce exulta
tionis et salutis son⁹ epulātis. Nō
dicit in vocib⁹ et sonis. nec dicit in
vna voce et sono Traheret nos si
sequi vellem⁹ ad amplissimū istam
de canticis materiam et armoniā.
quēadmodū vnica est simphonia
in vniuēso tanq̄ in organo magno
qm̄ vnica vox est et vn⁹ sonus vel
vnison⁹ docent⁹ Jn̄ et armonia et
concent⁹ et simphonia et vnisonus
vel monicordū sua interptatiōe di
cunt ab vnitate. Et hoc quidē gra
tissime et appropatissime ad versus
psalmiste nūc inductū. Cōsonat ad
māducationē vel epulationē eucha
ristie q respicit insup simphoniā il
lā et chordū. dum occiso vitulo sagi
nato pro reditu filij dicebat pater
euāgelic⁹ duro et dissono fri. Epu
lari q gaudere oportebat. Sz alibi
copiosissime materia hec vtinaz sa
lubriter a nobis tractata est i vtra
q lingua. Mansionis hui⁹ dueniēn
tia lz sit vnica in radice gr̄e gratū
sup magnificat
facientis. fortit nihilomin⁹ notatio
nes plurimas sine numero p scptu
ras sacras. Et hoc expediens est
scire simul et notare ꝓpter amplifi
cationē sanctaz meditationū q af
fectionū deuotarū dsequendā. cui
uis hoc nequeat ad plenū fieri nisi
fuerit hō spūalis effect⁹ et q̄i totus
deiformis aut deiformat⁹ aut dei
ficat⁹ ꝑm varios grad⁹ gr̄e in via
et dsūmatōis in pr̄ia. Dicit exēpli
gr̄a mansio dei in hōie et hōis in
deo vt hic dr̄ viuificatio q habitio
vite eterne saltē in radice vt hic vi
uet in eternū qz suā gr̄az hz. Dicit
āt apl̄s q gr̄a dei est vita eterna.
Dicit et osculū oris sponsi qđ pe
tit sponsa. Dicit lac et vinū et vn
guēta et oleū effusū. et tract⁹ et pul
sus ad sponsū. Dicit introductio i
cellaria. diunctio dilecti inter vbēa
spōse tanq̄ fascicul⁹ mirre. dr̄ suus
decor. sua quies in lectulo floridō.
hoc est donū ꝓfectū de sursū descē
dens nō ascendēs de deorsū. Hec
est sapia diuinit⁹ inspirata cū suis
laudib⁹ vniuersis. hoc diuinū silen
tiū. hoc sibul⁹ aure tenuis. hoc susur
riū vbi abscōditi. hoc vox q̄i aure
lenis. imo et tonitrui magni. Et vt
ad vnū colligam⁹ innumēa quicqđ
sonat mansionē vel habitationem
vel inhesionē vel vnitatē vni⁹ cor
pis et vni⁹ spūs. aie cū deo. sponse
cū sponso. vnice cū vnico. sub gr̄e
gratificātis nōie et radice. p̄ncipio
forma. et fine vnico vocabulo dat
intelligi qđ est manē in xp̄o p mu/

tuū gr̃e cõplexū. Inuenies ãt sp in hac mansione qũlibet nõiet habitudinẽ cause ad causatũ et econtra Sic materia de qua mi⁹ videt dr esse in forma nedũ qz recipit influxũ formalẽ ab ea sed qz cõicat sibi potentialitatẽ subiectiuã vt substet in ea sicut in materia. q̃uis dr solũ patiẽs nihilomin⁹ appetitiua simul est vt accipiat formã vt pficiat ab ea. Sic locatũ appetit locũ vt dseruet. et loc⁹ locatũ vt dseruet ipsum. Silr de⁹ q̃ bonoꝝ nr̃oꝝ non eget vult gratuita pietate cõicare se creature sue. p̃sertim rationali. q̃ cõicatio dr inhabitatio p̃m tripler gen⁹ cause extendẽdo ad creationẽ q cõseruationẽ q obiectalẽ motionẽ. vel immutationẽ vocabulũ cause. Plurimũ est ista dsideratio p ognitiõe quidditatl. ip̃i⁹ mãsionis rez i deo iuxta illud philosophicũ qđ paul⁹ theologicũ fecit. In ipo viuim⁹. mouemur q sum⁹. Fas porro ouertibile dicẽ est. de⁹ in reb⁹ suis est p potẽtiã pñtiã et essentiã modo dicto. Sz in aliq̃b⁹ vltra simplex esse confert bñ esse. maxie p gr̃az et gloriã Et hec inhabitatio respicit influentiã diuinaz q̃ supaddit, ad naturã et essentiã. Mãsionis hui⁹ ouenientiã gratuitaz. pfecto felix q̃ posse/derit habitualit. felicioz q̃ actualit cũ habitu. Sz felicissim⁹ q̃ reuelata facie trãsformat⁹ fuerit in eandem imaginẽ. de claritate in claritatem tanq̃ a dñi sp̃ act⁹ duct⁹ et tract⁹ ita q̃ sẽtiat p illũiatos cordis oculos. Sicut imꝑcat apls supeminẽtẽ scie caritatẽ xp̃i. hoc ẽ gr̃az hãc diligentẽ et carã vnitatẽ ad simplificã deitatẽ. Multi q̃dez sunt q̃ hñt in habitu sicut pueri nouit baptisati. Multi q̃ in actu possident et exercẽt dñ merent. Sz pauciss̃imoꝝ est sentire distincte et apte nexũ istum. mansionẽ istã. vocẽ istã ꝓpter occursatiões curaꝝ in memoria fantasiarũ in intelligẽtia et ocupiaꝝ. q̃uis minime criminaliũ in volitiua vel affectiua. Sentiũt hãc gr̃az inhabitatõis xp̃i et sp̃ussancti q̃ cum apl̃o mente excedũt deo. q̃ ꝓterea sentiũt opationẽ intra se verbi dei. De quo dic idẽ apls q viu⁹ ẽ sermo dei qz loq̃ ꝓt cũ quolibet et efficax et penetrabilioz oñi gladio ancipite quez gladiũ venit xp̃s mittẽ in terrã vt ptrãseat vsq̃ ad diuisionẽ aie et sp̃us vt ferat sp̃us surs̃ũ q aia maneat deorsũ qđ fieri nequit nisi maxia pax fuerit et silentiũ taz surs̃ũ q̃ deorsũ. nisi ꝓterea fuerit diuisio opagũ et medullaꝝ et cogitationũ q affectionũ naturaliũ sese cõplectentiũ. Fiat etiã discretio cogitationũ et intentionũ simpliciũ naturalit adq̃sitaꝝ vel adq̃sibiliũ et remaneat in sentimẽto et expientia Sol⁹ felix ist̃ gratuit⁹ deiformis illapsus et influx⁹ sp̃us Jh̃u xp̃i pl⁹ supeminẽs in sp̃ũ et mẽte sup aiam q̃ distat celũ a terra. Dicim⁹ opationẽ vitalẽ nõ ita penit⁹ esse candẽ in sp̃ũ vel cũ sp̃ũ et aia. Sẽtiũt hãc gr̃az actualem et expimentalẽ. non

quidē oīes qui digne manducant
corp⁹ xp̄i et in quib⁹ manet xp̄s et
ip̄i in xp̄o sicut modo dicebamus.
Sed ve etiā cordi hōis qđ prauū
est et inscrutabile. qz putauerūt ali/
qui gloriātes in se et habētes cor
elatū et exaltatū et elatos oculos
ambulātes in magnis et mirabili/
b⁹ sup se neqz hūiliť sentiētes. Puta
uerūt inqz vel ex ꝺsuetudine sensuū
exercitatorz sic aliqñ fit i habētib⁹
ꝺsuetudinē ꝓphetādi vel ex diabo/
lica illusione excecāte cor iusto sed
occulto dei iudicio tāqz in somno
graui. sentire distinguē et expiri in
se regnū dei hoc intra se et dicē ex
sentētia. Defecit caro et cor meum
de⁹ cordis mei. et ps mea de⁹ i eter
nū. Sz mēticbať iniqtas sibi. Bea
ta igiť et ter beata sp hūilitas quā
sol⁹ docet et dat ille q̄ ait. Discite a
me qz mitis sū et hūilis corde. De/
niqz. btūs vir q̄ sp est pauid⁹ et exul
tās in tremore oplēs illō qđ ē ois
hō. Deū time et mādata ei⁹ obser/
ua. Nō ꝙ timor hūan⁹ mūdan⁹ et
seruilis stet cū caritate q̄ talē oīez
timorē mittit foras. Sz nō illū p/
fecto castū qz manet in eternū. Du/
get pot⁹ assidue vsqz ad gloriā cō
firmatā in qua firmať et sistit. Ma/
nifestū est igiť magnū pictatis sa/
cramentū qđ manifestatū est i car
ne. iustificatū in spū et est assumptū
i gloria Neqz min⁹ mirabiliť i hac
sacra māducatione sacramentū ƀ
pietatis exhibeť. qđ q̄dez manife/
stū est in sensibilib⁹ signis panis et
vini velut in carne ꝿ ꝙ gr̄az cū fide

sup magnificat

spe et caritate iustificat hōis spiritū
et quodāmodo assumit. in gloria
qz fides dirigit ad imaginē specu/
larē glorie ďi Spes erigit vsqz ad
interiora velaminis eiusdē glie dei
Caritas vero se erigit subintrat et
ap̄phendit et astringit dicēs. Inue
ni quē diligit aia mea. tenui eū nec
dimittā. Subinde vox ei⁹ est suna/
mitis ad helizeū. viuit dns et viuit
aia mea qz nō dimittā te. Apprehē
dā te inqt aia in cāticis et introdu
cā te in domū mr̄is mee et in cubi/
culū genitricis mee Felix introdu/
ctio et nota sūt q̄ sequūť. Quest⁹
ꝓterea magn⁹ est pietas hec cū suf
ficientia. Reponit eñ cor hōis in se
de sua et in centro et in loco qñqz
primi⁹ dū pl⁹ est cor assimilatū. de
puratū. et illūiatū cū pondē maio/
ris caritatis. Exemplū in magnete
ferrū trahēte nūc vehemētius nūc
remissi⁹ pro qualitate medioz. nā
si circūliniať ferrū p alliū suspendit
vis attractiua. Dictas itaqz subin/
de valet ad oia qñ reddē docet et
ordinare put vnicuiqz debitū est.
deo sibi et primo ꝼm genus omne
passionū vel affectionū ivt gaudeat
speret timeat et doleat sic optet mo
derata ꝼm circūstantias oēs put
sapiens iudicabit et debita pij cor
dis armonia suadebit. Dicam⁹ ꝓ/
terea ꝙ māsio mutua mādducantis
hoc sacramētū cū xp̄o manducato
saluari nō p̄t neqz ognosci sine cor
dis mētalis motu. Ita eñ dicebat
Bernard⁹ pluries expt⁹ sentire se p̄
sentiā verbi ex motu cordis intelli

ge mentalis. Jñ etsi nõnulli voluerint hanc mansionẽ posuisse sine habitu grẽ distincto a spũsancto nulli tñ negauerũt motũ cordis distinctũ tã a deo q̃z a corde seu mente cordis q̃ motꝰ cordis totꝰ fit supernaturaliter p infusionẽ ac illapsum spũssancti mouẽtis cor. qualiẽ nulla facẽ possz creatura. imo nec ipa mens sola taliter se mouẽ possz. q̃z uis sit instrumentũ se ipm mouens. sed non tali motu deiformi nisi dẽ a spũsancto. Iste ãt motꝰ est nexus ipe mediꝰ quo xps est in manducãte se digne actualiter. q manducãs in eo. ita p recipiẽs istũ motũ tanq̃z si corda musicalis pcutiendo sonore moueret. reddit illuz motũ et istũ sonũ deo. quẽadmodũ filiꝰ recipiens spm̃sanctũ a pre p inspiratiõnẽ actiuã pris. reddit p eãdẽ vim spiratiuã quã recipit spm̃sanctũ patri. Agit ergo et agit aia manducans actualiter digne xpm q in eo manens. qz sez facit illũ actũ p acceptionẽ et redditionẽ spontaneaz esse suũ. Qualis ãt sit iste motꝰ aut q̃d. dixerũt aliq̃ nõ esse rem absolutã vel formã. vel respectiuã seu relatiuã. Alij p est oplere significabile sez aiaz sic se habẽ. Alij formaz posuerũt esse absolutã de genẽ qualitatis. Alij tenentes idẽ p simul est forma respectiua. addiderũt subiectũ denõiare esse tale vitaliẽ immutatũ et deo acceptũ. vñ nec tali denõiatiõe posset informare subiectũ non ognitiuũ vel affectiuũ. Et qm̃ deꝰ nõ pt esse talis forma ostituẽs vel informãs q relatiua dependens Jure damnatꝰ est parisiꝰ articulus tali positioni fauẽs. Silr in decretalibꝰ sũmoz pontificũ. p deꝰ solꝰ est formalis beatitudo siue lumen glorie nihil actu superaddito. Nec celeberrimꝰ ille Hugo. neq; mgr̃ sententiaz vnq̃ ita ponẽ voluerũt. q̃liter improba quorundaz subtilitas sine modestia sine freno furiose se agens trahẽ conata ẽ Ptz ad extremũ sensus aplici verbi vnũ corpus et vnꝰ spũs et vnꝰ panis sumꝰ Et alteriꝰ Luce Erat cor vnũ q aia vna. Intellectꝰ insup totiꝰ illiꝰ celestis sermonis nocte iouis sancta p tria capla licet exclamare cũ xpõa canticũ illud. Ecce q̃ bonũ et q̃ iocundũ habitare frẽs in vnũ. Sicut vnguentũ in capite xpõ. xpi aũt caput deꝰ est Reliqua ãt q̃libet creatura. marie aũt rationalis ẽ corpꝰ eiꝰ. vestimentũ eiꝰ. mons eiꝰ. Mons quidẽ hermon pus anathematisatus. et mons syon iustificatꝰ. Et q̃d ros nisi grosus illapsus illiꝰ. Ego ros et israel quasi liliũ germinabit. Deniq; dar̃ credi dar̃ etiã sciri. datur et aliqualiẽ intelligi. ꝫ q̃z beatiꝰ erit et expiri quõ deꝰ hospes glorioissimꝰ erit oia in oñib; modis vt potiꝰ expositis. Sed plus docebit verbũ istud impressũ menti q̃ expssum ore. dũ ipo plene viso toto ore totaq; auditate fruemur Quã fruitionez et temporalis perceptio corporis et sanguinis prefigurat

Cõnecremus quasi p notula centesima qõza ginta notulas seu minutias theoreumatũ qõzaginta Unitatẽ dei p vnitatẽ centralis pũcti posse manuduci. Hinc est ex pbis dei descriptio q est spera intelligibilis cuius centrũ est vbiq3 circũferentia nusq3 Unitatẽ dei absq3 creaturis posse itelligi Unitatẽ dei absq3 ipi9 absoluta entitate ñ posse intelligi. Unitatẽ dei nõ posse otinuo et tpe pfecte intelligi. Unitatẽ dei nullaten9 a creaturis dependẽ. Unitatẽ dei nẽario creaturaz p̃ producibilitatẽ virtualiter includere. Unitatẽ dei necessario suã eternitatẽ ocludere. Unitatez dei nõ necessario quãlibet distinctionẽ fozmalẽ intrinsecã ex pte rei quo ad nos concludere. Unitatẽ dei nõ necessario p̃ducti onẽ actualẽ creaturaz supponẽ vel iferre. Unitatẽ q3 numeri et ozdinẽ creaturaz existentiũ. referri ad diuinã q3 vnitatẽ q monadẽ opoztere ꝑm triplex gen9 cause. efficiẽtis exẽplaris. et finalis. Unitatẽ diuinã gignere vnitatẽ et in se suã reflectere vnitatẽ p amoẽ spiratiuũ triangulo intelligibili pfecte circulato Unitatẽ dei posse plus aut minus intelligi p libero arbitrio sue motionis obiectalis nunc sine visione creaturaz. nũc cũ visione plurium vel paucoz. Exẽplũ de lineis oñibus terminatis ad centz q3 quelibet si punct9 centrat ad eas libere

sup magnificat

otradictorie influeret ognitiõnem aut lucẽ posset intelligẽ centrum. lineis egredientib9 nõ ognitis aut inequalit ognitis. Unitatẽ diuinã se ipa se inuariabilit habẽte. ognoscere variabilia immutabilit. mutabilia futura p̃tialit. contingentia necessario et certitudinalit. nullam tñ iõ ponẽdã esse otingẽtiã intrinsecã in deo sicut nec tps. nec locũ. nec cozpa. nec oplexiones. nec discursus. q3 talia scit et ognoscit. Et hic ẽ lapsus magnozũ doctoz q3rẽtiũ metaphisicã vbi logicus facilit se expediret Unitatẽ dei posse diuersissima p̃ducẽ ad extra nulla distinctione nisi psonali existente ad intra Nulla insup variatõne determinationis ad intra facta Et hic ẽ lapsus hoim grossi sensus ponẽtiũ nẽitatẽ fati aut foztunã in omnib9 Nec valentiũ p̃pidentie simplicissimã fozmã fozmalit intueri. neq3 cũ libertate humane volũtatis ipsam concozdare. neq3 cum peccatis hominum actionem dei iungere. neq3 cuz misericozdia reprobationẽ prescitozum. Unitatem dei potuisse q posse semp effectuuz varietatẽ educere et eductis p̃pidere et prouisa reducere ad se. qlibet ad p̃portionabilẽ vnionẽ Hic est lapsus pho/rũ p̃supponentiũ q ab eodez inq3/tũ idẽ nõ p̃uenit nisi effectus idem Nec ab ãtiqua volũtate nou9 effectus sine immutatione voluntatis Hic est lapsus eozũ qui putãt intel

ligere opationē dei ad creaturas absq; creaturis cōparatis Cū tñ intellectus vni⁹ correlatiui nēcario p̄ supponat alteri⁹ intellēm tāq; duo relatie opationis extrēa seu funda mēta Unionē nature intellectualis creature cū deo p̄ deū ⁊ in deo. alie cōsistere q; cetēarū creaturarū nō intellectualis nature qm̄ iste p̄cipi unt deū. alie nō Unionē nature in tellectual cū deo ⁊ p̄ deū ⁊ in deo nō posse nec debere cōcipi per trās formationē ipius intelligētie essen tialē ⁊ accītalē p̄ habit⁹ scz ⁊ act⁹ ⁊ obiectales influx⁹ seu vitales seu clarius loquēdo p̄ceptiuos Unic/ nem aptitudinalē nature intellēua lis cū deo p̄ deū et in deo consistē et attendi. p̄m triplicē ei⁹ potentiā in vnitate essētie que sūt vis memo ratiua intellectiua et volītiua Uni/ onē hitualez gratificā nature intel lectualis cū deo p̄ deū ⁊ in deo cō sistere et attēdi pro statu vie p̄m tri plicē v̄tutē theologicā i gr̄e gratū facientis vnitate Unionē actualē nature intellectualis cū ꝺo p̄ deū ⁊ in deo cōsistere⁊ attendi pro statu vie p̄m opationē p̄ceptiuā ⁊ moti/ uā triplicis virtutis theologice in radice gr̄e gratū faciētis Unionē actualē nature intellectuals cū deo per deū et in deo cōsistere vel attē di pro statu glorie p̄m operationē triplicis dotis in radice glorie seu gratie consūmate quas includit sil fruitio que est cōsummata p̄ceptō Unionē intellectualis nature cum deo aptitudinalē habitualē vel ac/ tualem in via vel patria non posse consistere vel attendi per transfor/ mationem nature diuine essentia/ lem in naturam intellectualē crea/ tam Unionē nature diuine cuz na tura intellectuali creata debere cō/ cipi per illapsus obiectiuos fieri cō formiter seu quadā p̄portione ad motiones sensibiliū et sensuū obie/ ctales et hoc altero trium modo/ rū ab aplo positoz̄ facialiter aut specularitер aut enigmatice perce/ ptiue Unionē nature diuine cū cre atura intellectuali radicalit plus attēdi p̄m vim tactiuā obiectalem. p̄portionaliter ad sensus materiales qui oēs in vi tactiua radicantur Nā et gust⁹ ē quidā tactus. simili/ alij sensus suo mō Consonat illud p̄bi. oīe agens agit per cōtactum Unionē dei cū creatura intellectuali p̄m vim cōtactiuā spiritualez obie/ ctalē esse vehementiorē intimiorem ⁊ puriorē nō sicut in sēsibus in q̄b⁹ tactus est materialiter et impurus Unionē dei p̄m vim tactiuā spūa/ lem obiectalem perfectius purius intimius et suauius attendi in via q; p̄m motionē obiectalez ad visū vel auditum spiritus percipientis. Unionem dei per eucharistie sa/ cramentum digne susceptum plus attendi p̄m vim tactiuam et gusta/ tiuā spiritales q̄uis in hac vnione actuent sens⁹ oēs spiritales suo mō saltē in enigmate et p̄ fidē p̄ spem

Unionem dei scōm vim tactuam spiritalez obiectalez actualē esse secretissimā. nec ꝓpi posse nisi ab accipiente. Sicut nec subiectū ꝓceptionis alibi vel extra est. Hinc ē illud Nemo nouit q̄ sunt hōis nisi spūs hōis qui in ipo est. Unionē dei cū natura intellectuali grad⁹ habere varios et multiplices ꝑ varietate obiectaliū illapsuū diuinoꝝ ꝓceptiuoꝝ et sentimētoꝝ Unionē dei cū natura intellectuali precellere post xp̄m in maria et osequēter oīb⁹ in patria. Unionē dei cū natura intellectuali. remotissimā esse a lucifero vel altero siquis sit damnatior eo. et osequent alijs in gehenna. maxime quo ad vnionē obiectalis illapsus ꝑm vim tactiuā ꝑ quā sentit̄ q gustat̄ q̄ suauis est dñs. Unionez dei cū natura intellectuali inter hec duo extrema patrie q gehenne medias intellectuales naturas plus aut minus recipe vel a se repellere. Unionē osūmatā omniū electoꝝ cū do obiectalit̄ effici ꝑ repletionē intuitiuā et nudā omniū sensuū spiritaliū et redūdantiū in sensuales tā ad intra q̄ exteri⁹ vt siue ingrediat̄ siue egrediatur natura intellectualis pascua inueniat. Unionem osūmatā esse cū quolibet electo singulariter et tñ omunit̄ apud oēs iuxta opationē centri spere intelligibilis respectu lineaꝝ egrediētiū et in centro diunctaꝝ Sic virt⁹ celestis influentie in spera corruptibiliū necessario diungit̄ ad centrum. imo veri⁹ ad deū. Unionē osūma/

taz recipe magis aut minus iuxta maiorē aut minorez circa centrum ip̄m q̄d est de⁹ virtualē et quasi circularē primationē. Exemplum de circulis spere. hec opatio omodioꝝ est q̄z ꝓ egressus creaturaꝝ fiat in star numeri ꝑ additionē vnitatum qꝝ p̄nt esse spēs multe eque ꝑfecte et oēs de necessitate diuncte deo sūt. sicut in centro linee Unionē cōsūmatā efficere vt sit de⁹ omnia in oīb⁹ cū tradiderit filiꝰ cū spūsancto patri regnū. qui fontalis est diuinitas et vnitas. qua simplicior aut vlterioꝝ neq̄t intelligi. Hec est apli a dionysio declarata. Unionē osūmatam si ꝑ intellectuales circulos accipiam⁹ oportere ꝑ cōuersum modum ad materiales speras celestes intelligi. q̄ quāto maiores sūt mole. tanto efficaciores in virtute. Spūalia vero quāto simpliciora et centro primiora plus hñt de influentia Uñ beata beataꝝ cōtinet oēs gerarchias in ambitu simplicissime virtutis sue. Unde regina celoꝝ et dña angeloꝝ digne vocata est. Unionē in eucharistia figuratā q sacratā desiderare nos q esurire. ꝑ ceteris bonis otemplatiuis debē. ꝓptēa sursuz leuare coꝛda a specieb⁹ materialib⁹ hostie ad xp̄i corp⁹ vez. q ab illo ad mysticū q ab inde ꝑ eleuatiuā vim et vnitiuā verbi diuini reduci ad ogregātis p̄ris diuinitatē q simplificā deitatē qua nil vltra. hec est dionysij. Unionē hāc nō posse nos osequi ꝑfecte sine dño illapsu segregante

mentez ab oñi alteritate.curis in/ super solicitudinibusqz depulsis.q̄ super mundane explicatis vt in di/ uinam monadē ogregemur et inef fabilib⁹ et ignotis ineffabiliter et ignote ogregemur.hec est dionysij Unionē hāc:nō posse nos ɔsequi nisi irruētia vndiqz fātasmata nos mētis puritate trāsuolare ꝑualea/ m⁹.hec Bernhardi. Erras inq̄t si ci tra expectas locū q̄etis secretū soli tudis serenū luminis tabernaculū pacis. Unionē hāc percipi motu cordis maxime mētalis esse presen tē.colligi vero suos effect⁹ et effica/ ciā viuacē ex diuisione spūs et aie cū depulsione vitio⁹ et reformati one virtutū in iocūditate q̄ suauita te in spūsancto iuncta magnificati one dei et exultatione spūs in deo salutari suo Dū in hoc ouuio mēs implet gra.et future glozie nobis pignus dat. Amen

Explicit quarta partitio.

Incipit quinta partitio

Per soliloquium exhortatozia ad meditationes hui⁹ sacramēti ꝑ no/ tulas quinquaginta.

Meditare nūc laia xp̄iana cui forte ɔtēplari non sa tis adhuc ɔcessū est Me/ ditare cū vehementi stu dio animi qualis et quāt⁹ sit iste q̄ tibi sacramētalit nūc offert. q̄z ma/ gnus. q̄z sapiēs. q̄z delectabilis q̄ be nign⁹. Esuriēs et paup es nihil ha bēs.plurima debes. tibi non suppe tunt merita vñ restituas. vñ dues fias.fortē nō vales ꝛ mēdicare nō erubescas. Sit tibi mendicitas tua lucrū tuū. Necessitas nescit verecū/ diā sicut nec hz legē. Ille tibi nunc offert si nescis q̄ ꝓpter te dixit q̄ pas sus et expt⁹ est. Ego āt mendic⁹ sū et paup. Tibi dat iste q̄ ꝓpter nos egen⁹ fact⁹ est vt illi⁹ inopia diuites essem⁹ Tantū tribuit ꝙ q̄i nihil sibi retinē videret. Dues eē debes cui diuitie largite sūt immense. Noli ca dere o aia xp̄iana in illā exprobra/ tionē vt dicas. Ecce ego dues sū et nulli⁹ egeo. Sciueris qz misēa es et miserabilis et paup ceca q̄ nuda et eo plus misera q̄ miserabilis si ꝛ ignozaueris. Nā q̄d miseri⁹ misera se miserā nesciēte? Quid ɔsiliū suade at tibi saluator tu⁹ pñs in hoc sacra mento. Suadet tibi vt emas aurū ignitū quaten⁹ dues fias Nō op⁹ est ꝑ diuersa vagari vt venditozez inuenias. Ipe est venditoz simul et ꝑciū emptionis Suadet inungere collirio oculos tuos. ipe fecit colli/ riū ex sputo gre sue et luto moztali tatis tue. Suadet vestiri vestib⁹ al/ bis. ipe tibi gratis q̄ aurū ignitum erit in hoc sacramēto q̄ colliriū et vestis Esuris q̄ sitis.cenare vis.ho spes nō est longe querend⁹ qui ce/ nam dat. Ecce ipe stat ad hostiū q̄ pulsat.aperi sibi ianuā.cenabit tecū q̄ tu cū illo. O splendida felix q̄ lau ta cena vbi ipe qui cenat xp̄s sumi tur vbi fas est habere et dicere. In voce exultationis et confessionis sonus epulantis. Stat et pulsat nunc quasi cum digito qui est

spūssanct⁹. nūc malleo terribilis iu/
dicij sui. Nūc sonitu velut aure tenu
is blādicis et dicēs. Aperi mi soror
mea colūba mea immaculata mea.
Cōquerit nō tā sua q̄z suoz q tuā
noctis incōmoditatem. vñ refrige
scit feruoz caritatis. Dat hoc itelli
gi q̄ caput meū plenū est roze ait
et cincinni capitis mei guttis noctiū.
Noli tardare Exurge velocit. noli
somnolēta verba redde. Alioquin
declinabit et discedet atq̄z sepe q̄si
tus clamat⁹ obsurdescet. Faciat ce/
nā Simon olim leprosus nūc cura
tus a dño Jpe est spūs noster ante
leprosus. ministret martha et solici
ta sit erga frequēs ministeriū. hoc ē
inferioz portio rōis Maria vero su
pioz ps inungat pedes Jbu fracto
deuotionis alabastro. Effūdat in/
sup ofisa magis sup caput illi⁹ recū
bentis. Caput āt xpi de⁹ Impleat
dom⁹ tota cordis ex odore vnguē
ti. Cessent murmuratio inde sensuat
et furis. de quo fure dquerit vnus
ap̄z. Oculus me⁹ depdatus est
aiaz meā. Sic lazar⁹ nup resuscita
tus p gr̄e vitā vn⁹ de recūbentib⁹.
Et hic est affect⁹ nr̄ sepe quatrīdu/
an⁹ mortu⁹ misericordia dei suscita
tus Faciatq̄ aliā cenā xpo Simon
idem vel alter in littera similis q in
figura. Decedas o peccatrix aia
xpiana nulla te verecūdia pbibeat
nullū in peccādo modū tenuisti. ni/
hil ad te moderari ē. q̄ saner. Sēa
maneas retro sec⁹ pedes recūbētis
in hac sacramētali cena laua lacri/

mis. terge capillis meditationū sā
tarū. Junge oscula caritatis. oleo
pie miseratōis inunge. Sic age vt
tādē merearis audire: fides tua te
saluū fecit. vade in pace. O fides. o
salus. o vade. o in pace Fecerūt
xpo corpaliē diuersi varias cenas
cū viueret i terris. Fecit apud illos
magna miracula. Nō ē impotētioz
nūc in celis. nō est man⁹ eius abbre
uiata vt saluari nō possit in mente
sicut tūc in corpe. Estima cenā hāc
o anima xpiana nūc ex illis vnam
esse. Cenabat apud petrū et andre
am Johannem et Jacobū noster
xps hic in sacramēto velat⁹ Tene/
bat socrus petri magnis febribus
imperauit febri. et socrus cōtinuo
surrexit et ministrabat eis. et tu spe
ra filr. Conuiua fuit apud matheū
noster xps hic in eucharistia. Con
uenerunt publicani et peccatores.
murmurabat falsa iustitia phariseo
rum qui cū morbo suo sensū amise/
rāt pariter. Cōfitēte te de numero
pcoz et indigētiū penitentiā q̄ au
dies. Nō veni vocare iustos sz pec/
catores. Audies pterea similem in
domo zachei penitentia in iherico
ciuitate lunatica. Et vere tu lunati
ca es aia xpiana hic in via tua im/
mensi lunatici. Tu stulta q̄ vt luna
mutari. Tu q̄ nunq̄z in eodē statu
pmanes nihilomin⁹ obedi dicenti
Oportet me hodie manē in domo
tua festin⁹ et let⁹. descēdat o aia Fe
stin⁹ suscipiat ibm in hoc sacramen
to spūs tu⁹ pnceps publicanoz. q̄

princeps et prim⁹ pcōz. Dic hilariter. Ecce dñe dimidiū bonozum meoz do paupib⁹ O heu dñe q̄d q̄ quale est illud dimidiū bonoz qui nihil habeo. nihil hr̄e ocupisco dū tm̄ cupio nisi te duz portio mea tu ps mea. tu hereditas mea q̄z p̄clara es mihi. Ecce ergo dñe nō dimidiū bonoz sed te totū bonū meū in hoc sacramēto otentū do paupib⁹ hospitalis tui magni in hac terra morantiū. Et in altera scz i purgatorio positoz. Q̄ si aliquē defraudaui reddo quadruplū. q̄ tu met ipm q̄ vn⁹ p decē milib⁹ cōputaris. et in cui⁹ ditione sūt oia quo soluente et adq̄tante nemo p̄t dicē cur ita facis. Tollis q̄d meū ē. q̄m oia tua sunt iure pleno. Desiderio desiderauit manducare pascha cū discipulis suis Jēs passur⁹ O aia xp̄iana putas desideriū suū vt salua sis imminutū sic p gloziā vt nō desiderio desideret manducare pascha. s. tecū suā cenā! Caue ne dura sis ingrata. rustica. ciuilis vt fraudes dñm tuū benignissimū a desiderio suo hospes est. Petit in hospiciū tui cordis suscipi et colligi. Et o bone Jēu qualis et quāt⁹ q̄z bonestus suauis et omod⁹ hospes aduenies q̄n aduenis etiā nō inuitatus sepe sed inuitans. Quid inuitatōez omemoro! Cōpellis. Mittis manū tuam. omnipotentie tue actiue p foramē obediētialis potentie passiue in oī creatura Sic tacta dic o aia xp̄iana. et venter me⁹ intremuit ad tactū ei⁹. Erurge taliter excitata. stillent man⁹ tue mirrā p̄mā. pleni sint digiti tui mirra p̄batissima q̄si nihil in ope tuo putredinis aut feroris appareat Mortificat oia carnalia. mirra opūctiōis amarissima Aperi dilecta pessulū hostioli tui. ꝯ heu tepida sedes somnolēta. penā ognoscis pigritantis ignauie. vult certe. vult ad feruorē sp̄ūs alti⁹ inflāmare. Sentis iā nūc vim eloquij sui vehemēt igniti. alioq̄n vī clamoz ille tu⁹ Dia mea liq̄facta est vt dilect⁹ locut⁹ est. Nō iā teneť aia terminis p̄p̄ris sicut fluit cera a facie ignis. Sic tota defluis. tota liq̄scis in amatū. Inuenerunt te vigiles q̄ babilonicā custodiūt mundi ciuitatē. dū p creaturaz noctes q̄ris dilectū et vocas p̄cutiunt te suis pulcritudinib⁹ allectiuis q̄ sūt in mundo. Cōcupiscētia oculoz ocupiscētia carnis et superbia vite. Verberāt te q̄ uis nō ad mortē pcci mortalis ꝯ venialis. tm̄ ledūt Pozro custodes murozū iniq̄tas et dolus q̄ iniustitia puersozū ciuiū dū nō talia ꝯ dilectū q̄ris eo q̄ tristitiā intulerūt cordi tuo. Palliū gaudij tui nū q̄d nō auferūt! Quis scāualisať et ego nō vroz Dia pauli clamat ignita. Ntuero caritatē cū suis lampadib⁹ q̄ sūt ignis et flammarū extinguē nō potuerūt aque tribulationū multe. nec turbida babilonis flūia obruerūt eā. trāsi o aia trāsi ciuitatē hāc cū hitatozib⁹ suis nō quesuerī. An viderunt quē diligis. verbera

poti⁹ q̄z verba bona dabūt. Eleua oculos tuos in montes vbi sunt filie ihr̄m. clamor ingens tuus audi at̄ filie ihr̄m nūciate dilecto quia amore langueo. Felix languor et suaui vulnerans telo caritatis. Ecce sentis o aia quantū p̄fuerit tibi ei⁹ quē diligis absentia. Torpebas algida. iacebas somnolenta. nūc curris. nūc liquesci. et lāguida p amorē ad filias ihr̄m ignitas anxia anhelaq̄ duertere. Clemētes sūt filie ihr̄m amoroſuz hūt pect⁹ amoris. Idcirco verba scintillātia recognoscūt. Inᵗrogāt qualis sit dilect⁹ tuus ex dilecto. i. dilecto p dilectionē tot⁹ amor tu⁹. Dilecte nōiant te pulcerrimā mulier nō vt supbias nisi forte sācta supbia Uolūt q̄ tua sācta pulcritudo tibi cognita sit. que iā digna sit et amari et amare Talē pulcritudinē nō decet amor nisi pulcerrim⁹. Temp⁹ tibi venit amātiū. caue ne des amorem tuū indigno tuo. Deniq̄z post notificatōez speciositatis sponsi. Tu o aia xp̄iana recte cēses inᵗrogata Ubi abīt dilect⁹ tuus Mysticū ostēdis. ecclesie ortū in quez descendit quotidie sacramentaliē ad areolā aromatū et in altari sacro suauiter redolēte vt ibi pascat in ortis irriguis q̄ formosissimis sanctar̄ aiar̄ et lilia castissimor̄ spirituum ad se trahat et colligat ad talami celestis ornatū. Accede xp̄ius ad hūc ortū imo sis ortus a p̄pba descript⁹ irriguus. a cui⁹ fonte nō deficient aque gr̄ar̄.

Sis ort⁹ clusus seruās te solā soli Sis fons signat⁹ ne pateas adultero. Sis pute⁹ aq̄z viuentiū cui⁹ impetuosū a libano paradisi fluxū nullus ober̄ pcci tardat aut impediat. Hora ē q̄tidie o aia xp̄iana Hora qua transeas ex hoc mūdo ad p̄fez ab exilio in patriā. a deserto afflictionis in terrā p̄missionis. Si retardet te corpus. liber tñ est anim⁹ vt euolet Uult tecū ihs facē pascha suū. fac te illi cenaculū grāde stratū in dilatatione et amplitudine cordis. Cenare dignabitur. lauabit pedes discipulor̄ suor̄ū qui sūt disciplinati affect⁹ tui. Sint ipsi nouelle oliuarum in circuitu mense dñi quorum et mater est sapientia vxor spūs tu⁹ deiformis Habitet ipa sicut vitis abundās in laterib⁹ dom⁹ tue. Ego inq̄t sicut vitis fructificaui suauitatē. ⁊c. Quid deniq̄z? Cibabit omnes ex adipe frumēti Dicet. Comedite amici et bibite q̄ inebriamini carissimi. Trepidas timore? Tādē hic timor aliq̄n pellendus est foris a caritate. Cogitas te tantis indignū mysteriis? Certe nec ex mēitis tuis etiā p mille milia annor̄ satagēs digna fies Digni ficet te oportet qui te inuitat ad se. Dignificabit āt si studueris ea q̄ displicent oculis suis a domo cordis expellē. Enitere p̄cor hic q̄ nūc o aia mea parare te si te ignoscis imparatam. Caue diuti⁹ in sterquilinio fecis mortifere volutari sub expectatione crastini. Quid scis

si crastin⁹ eluceſcet tibi dies. Quis ſup hac re redet te ſecuram Non eſt tuū noſſe tpa vel momenta que pater poſuit in ſua ptāte. Rurſus ita collige ſi oſcia tibi nō fueris impedimenti legitimi quo minus eu charistiā ſuſcipias. Cur tāto te bono pigra ꝙ ingrata ꝓbabis? Si remordēs accuſet te oſcientia. cur penitendo. cur impedimēta tollendo poſſeten⁹ nō intendis? Cur nouis te laqueis male differēdo. ſtulte cō temnendo te rurſus inuoluis? Audio q̄d reſpōdeas frigida ſū. diſpſa ſū. carnalis ſum. exagitor curis. ſcrupulis inquietor. mordeor cōcupiſcētijs. fides imbecillis eſt. nutat ſpes. caritas refriguit. q̄ mihi ꝺuentio cū hoſpite tanto! Imo vero q̄ tibi curatio niſi ſub medico tanto. Si te ſanā iudicares. opus medico nō haberes. iure repellēs a te. Exēplū petri nō approbam⁹ in hac parte. Stupuit ad capturā piſciū. ſubintulit tremens. Exi a me dñe quia peccator ego ſum Tanto magis o petre ſi pcōr es retinēd⁹ eſt meditus ſanctificans et pcā tollēs a te Quāto ſapienti⁹ pcōr zache⁹ q̄ feſtin⁹ gaudens ſuſcepit Jēm ad ſe. Deniq; q̄ꝓrudēter hoc fecerit data ſalus oñdit Centurionis O aia mea ſiſtitudinē inducis quā in hūilitate tua pcliuior es imitari vtinaz nō ex ignaui ꝓcraſtinatiōe. Dicat inq̄t Jēs tantū verbo et ſanabit̄ puer me⁹. Affect⁹ ſcz rationalis q̄ iacet paralitic⁹ et male torquetur. ſufficit hoc. nō intret tectū meū. nō intret ad me vt rememorent pcā mea et inficiat de⁹ puer meū. redēs ipm ō lāguido mortuū. vrges ptinaciter. Nō eſt nouū abſconſuz a ſapiente. qr occaſiones querit q̄ vult ab amico recedere. Si vera te humilitas compeſcit a ſuſcipiendo Cur eadē te nō impellit in obedien do? Jocat te de⁹ ad menſā ſuā. cō pellit etiā p ſeruos ſcz platos de eccleſia q̄ñq; intrare tpib⁹ inſtitutis. vt in paſcha. Statuit xp̄s teſtamentū hoc eternū et nouū dicens. Hoc facite in meā omemorationē. Si te retrahit indignitas tua. maior alliciat oſiderata dignatio ſua. Caritas. miſericordia. veritas mititas. atq; benignitas. Accede ꝙ dic Miſericordia et veritas tua ſemp ſuſcepert me. Egrot⁹. an ñ agit ſtultiſſime cui tantū diſplicet deformitas egritudinis ſue q̄ aſpectuz vel aduentū horret medicātis manus aliene. dū medic⁹ inuitat. offert. ꝓuocat. aſtat. vt ſuſcipiatur ꝙ ſanet. Debilis es o aia xp̄iana. ſurge comede. bibe in mēſa ſapiētie. in arce ſyon. aut ſi poti⁹ inueneris te in deſerto ſolitudinis meſtā ſi tedio vite hui⁹ moribūde deiectā. Surge ome de et bibe et ābulabis in fortitudine cibi illi⁹ vſq; ad mōtē dei oreb in mēſa refectōis eternalis. Eſurit Daniel in lacu leonū Tet⁹ ſcz fideliuz in purgatorij lacu merſor. Fer prā diū meſſor laborātiū in eccia viator refocillabit eos cib⁹ iſte tu⁹. qr

p te datus est et oblat⁹ in altaris
alueolo ad cetū desiderantiū nunc
in lacu degētiū Portabit in momē
to.et hoc in cincinno vno capitis
tui.qui cincinnus est vnica mentis
ad eoꝝ refectionē intentio. Respō
des o aia pigritās.aia voluens et
reuoluens coꝛ tuū ad excusandas
excusatiōes.vtinā nō in pcīs Pre/
patū ait vult medic⁹ coꝛpalis infir
mū suū fieri p euacuationē hūoꝝ
coꝛruptoꝝ pus q̄z cibet eū antido
to salutari. Scit illū amphorismū:
egra coꝛpa quo pl⁹ nutries eo ma
gis leues. Cōsonat apls q̄ pconi
sans et arcens indignos. Probet
āt inq̄t se ipm homo. Nil plane cō/
traduxerim verbis tuis istis. O aia
xp̄iana nō ꝓhibeo sed pcipio ppa
rationē. Ez talis sufficiat vt plena
requaq̄ ꝑmit⁹ pfectaq̄z sanitas eri
gat. Cōpatīr secū vita spūalis lan
guoꝛes q̄ nō sūt ad moꝛtez Tales
nō auget moꝛbos ꝛ tollit euchari/
stie gratiosa susceptio. Nolo vt di
iudices te dignā isto sacramēto eti
am si calida.si feruens.si tranquilla
si in pace spūs. si stabilis in fide. si
spe gaudēs.si efficax et vigil i ope
si castitate.si sobrietate pollēs. Ali
oq̄n odemnabit te os tuū et pra/
uū te iudex tu⁹ oꝛprobabit Quid in
gemiscis ad hec et suspirabūda cla
mas cū Tusanna.angustie sūt mihi vn
diq̄? Caue ne sic errauris Patet
exit⁹ q egressus amplus.descre te q
ꝑfice te in manus salutaris tui. Nō
est crudelis.non inuidus.Cur inui
tans te nō suscipiat te.et suscipiens
nō oseruet et sanet? Consiliū tū est
vt recumbas in nouissimo loco vt
crucē ab imo tota mēte cōstringas
Porro si cōscia fles veste te nuda/
tā nuptiali.hic illā cōfestim potēs
ab inuitāte rege si petieris impetra
re.cōtemptus solus desit. Ez sola
fantasīs aut pboꝝ argutīs impe
tiē fides si curiositas accesserit cuz
serpente dicens.Cur ista et ista cō/
stituit deus?cur nō manifeste se pre
sentat de⁹.cur pītia diuinitatis nō
sufficit?Qualis situs est hic coꝛpis
xp̄i?vbi caput.vbi pedes. si coꝛpo/
reis nos intuetur oculis? si audit si
mouet? Dic ad hoc oia fide simpli
ci.xp̄iana sū.catholica sū De⁹ oia
quecunq̄ voluit fecit. deus omnia
quecunq̄ fecit et dixit vere dixit et
bene fecit.sit nomē eius benedictū.
sit in ecclesie fide meritū meū.sit ac
cessus ad sacramentū Et tu maria
mater eucharistie.qz mater gratie.
mater pia miseroꝝ.qz mater miseri
coꝛdie.Tu contra tales versutias.
tales fantasias.viles cōcupiscenti
as vilissimas nec nominādas blas
phemias tu nos ab hoste protege
Et qz moꝛimur assidue.Quid ei ali
ud q̄tidian⁹ defect⁹ coꝛruptionis q̄z
q̄dā plixitas moꝛtis h⁹.tu cōtinue
nos hoza moꝛtis suscipe.Sis suscep
triꝛomniū qui filio fidēter dicim⁹
vnusquisq̄z.Ñe ibu.suscipe spiritū
meum si te miserante et opitulante
suscipimus filium tuum.in euchari/
stie sacramento. Profecto ille nos

suscipiet q incorpabit i mystico suo corpe. Credim⁹ et manducam⁹ eū diligim⁹ et speram⁹ et ipe mānducat nos qr sibi nos incorpat. Dic tecū oferens o aia. Dic si introiero i domū ecclesie domū vtiqz meaz si coheres sū filij cui⁹ dom⁹ hec est. Inuenīā victimas immolatas qr vnicā p oīb⁹ hostiā prepatā. Jnuenieť mensa sapiētie posita et mixtū vinū Sic cibata. sic potata desidēabo in iocūditate spūs i innouatiōe iuuentutis verbigena fieri. Nō eīm est pus aia apta venire ad osculuz pignorationū verbi nisi fuerit ab vberib⁹ inebriata suisqz fragrātia sūt vnguentis optimis amorosissime allocutōis Jūi sentiť sicut oleū effusū nomē suū. Jūi adolescentule nōduz apte viri copule. stimulos in choāt amantiū sanctos intra se sētire. necnō amoris p amorē igneo ꝫ sobrio furore succēdi. Plurimis obligata es debitis o aia mea. multis nimis et apud creditores q exactores q purgent dicentes. Redde qđ debes. Ecce nihil habes ex te vñ restituas nisi forte parū olei de uotionis. Clama ad verū helizeuz in hoc sacramento. Dñe vim patior. respōde p me. liberabit ipe te p infusionem olei in vasa viriū corpis tui q pītabunt filij tui. Effect⁹ scz pij ad ihm cui⁹ nomē est sic oleū effusū. Creditor pm⁹ est creatio cui te totū debes sic ab alio nihil hēs. Secund⁹ est recreatio a quo bene habes q tota pieras. Terti⁹ est baptismalis adoptio q nō data ē cui libet nationi. Quart⁹ post tot pcā penitētialis iustificatio et ab infer/no liberatio quez milies demerue/ras. Quint⁹ gratuita bñficioz largitio. nōiatim in hoc altaris sacramento. Sext⁹ primoz damnificatio. in omissis. in amissis. in omissis Septim⁹ futura beatificatio cui cō sequēde nulla sūt digna tuoz opa meritoz. Qz ecce venit ad hoc sacramētū xps qui fact⁹ est nobis sapientia creans. recreās q adoptās Justitia iustificās. sanctificatio mū dās et implens. redemptio. debita soluens. Deniqz via vehens ad celū. veritas dirigens. et vita beatificans. Suscipe puez ihm sacramentaliter vt suscipiat te misericorditer faciens spiritū tuū esse israel puerū suū. Suscipe regnū celoz se cōsule sicut puer Amplexabiť te. benedicz tibi Dicet Sinite paruulos venire ad me. taliū eīm est regnū celorum. Jnū talē q suscipit. me suscipit Nec mirū qr tu idem es o bone Jhu q suscipis q suscept⁹ haberi. dulcis hospes aie. dulce refrigeriū. non exhibes te videndū. sed tangendū. sed gustandū. sed amplexādū Tu aia mea sicut ouis q perierat redepta. reportataqz ꝑ hūeris. comedis nunc domestica de pane suo q de calice bibis. dormis in sinu suo. habet te p filia. imo p sponsa. imo p matre verbigena. cui ministrare dignať q subiect⁹ esse Nōne mira susceptio! Fiet super hac susceptione dragma sequens. Suscepit israel puerū suū

Tractatus .ę.

Incipit tractat⁹ .ę. sup illo. Suscepit israel puerũ suũ.

Et est in eo duplex partitio. Prima fit p dialogũ q notulas septua ginta/ sex

Suscepit israel puerũ suũ. Exhilaresce tu q̃ pieras i adã tot⁹ isr̃l Exulta in iubilo cor/ dis et laudibus oris. Exulabas expositus p̃ditioni. ceci/ tas ceciderat in israel. Errraueras sicut ouis que perĩt. Videbat dom⁹ oblit⁹ misericordie sue qua iu rauerat abrahe dicẽs. Per memet ipm iurauí q̃ feciſti hanc rem. Et nõ pepciſti vnigenito tuo ꝓpter me In semine tuo bñdicent oĩes gẽ/ tes. Clamabat vniuersus p̃ditorũ cet⁹. Vbi sũt misericordie tue anti/ que dñe. Ecce cũ esset rex in accubi tu suo quiescẽs in sinu p̃ris. Nard⁹ tua o pulcerrima et suauissima fe/ mina ꝓdit odorẽ suũ sicut odorẽ agri pleni cui benedixit dñs. Odo/ rat⁹ est de⁹ pater odorẽ suauissimũ toti⁹ honestatis tue virgo sanctissi ma nata ex semine abrae Proptẽa recordat⁹ est misericordie sue antiq̃ sicut locut⁹ erat ad abraaz et semi/ ni ei⁹ in secula. Misit cõtinuo et ab intimo sinu diuinitatis sue filiũ suũ q̃ ad liberandũ susceptur⁹ hominẽ nõ horruit tui virginis vterũ. Hoc deniq; est q̃ magnificans dñm cũ exultatõne spũs deprompſisti iubi lans et erumpens in canticũ. Suscepit israel puerũ suũ ¶ Discipulus:

sup magnificat

Dic obsecro rationẽ exhortatiõis tue p̃tis sup hac notula cãtici ma rie vehemẽti⁹ habite q̃ꝫ i exordio ce teraꝝ. ¶ Magister. O nescis frater q̃ꝫiuste. q̃ alacriẽ id effecerim. Sũt alia bñficia dei magna valde pro quib⁹ psallebat iuuencula nra in ꝫ psalterio decacordo. Magnificãs in aia dñm cum exultatiõe spũs in deo salutari suo. Magnificabat q̃ respexerat humilitatẽ ancille sue. q̃ beata diceret p oẽs generationes. q̃ fecisset ei magna q̃ potẽs est et sãctũ nomẽ ei⁹. hoc quo ad magni tudinẽ dei in se et ad singulare bñfi ciũ collatũ in maria. Procedebat ꝺsequenter ad insinuationẽ alioꝝ ſꝫ generali narratione bñficioꝝ. sub tropicis antithecis iungẽs cũ mia pietatis. timorẽ seueritatis. cũ disp sione et depositione supboꝝ exal/ tationẽ humiliũ. cũ esurie satiante saturitatẽ inanẽ. Tandẽ oio cõclu sit vt oratrix pitissima p hoc ꝟbuz Suscepit israel puerũ suũ. ¶ Disci/ pul⁹. finis hic nõ stetit. Subdidit em̃. Sicut lo. est ad pa. no. Abra. et se. ei⁹ in se. ¶ Mgr̃. Finis vt pbia te docuit p̃m⁹ est in intentione. vltim⁹ in executione. Precesserũt plurima susceptionẽ israel pueri dñi p incar nationẽ inter q̃ fuerũt nũciationes ꝓphetice quas maria ponit ꝺsũma tionẽ accepisse tũc p̃mũ cũ suscepit dñs israel puerũ suũ ¶ Discipulus Nunq̃d videt ecõuerso text⁹ euan gelice locutionis notare crebro di cẽs. Hoc ãt totũ factũ est vt imple rent scripture ꝓbarũ ¶ Mgr̃. rñdet

vsus omunis glosatoꝝ ly vt posi
tū hic dici ꝓ osequētiā nō ꝓ causā
ꝓncipalē et finalē Sub ℔ sensu scri/
pture sunt implete qz taliter fa ctū
est nr̄e redēptōis mysteriū Sed in
ꝓposito quicqd dns locut⁹ est ꝓ os
sanctoꝝ finē accepit cū susce.is.pu.
suū. Hinc totiēs de susceptiōe tali
nūc ad lr̄az nunc ꝓ allegoriā. mō
ꝓ tropologiā. sepe ꝓ anagogiā lā
ctoꝝ vnusqsqz meminit. osonat ad
hoc bñficiū Suscepit isrl.pu.suū. vt
est illud. Susceptor me⁹ de⁹ Jacob
Et illud. Dicet dño susceptor me⁹
es tu. q itez. Adiutor me⁹ tibi psal
lā. qz dns susceptor me⁹. de⁹ meus
mia mea. Quare mia mea? qz recor
dat⁹ misericordie sue mihi dedit il/
lā Discipul⁹ Copiosissimā cū dis
solutione dubitatōis facte materiā
deuotōis apuisti de susceptione di/
gnatiua dei Mgr̄. Imo si recogi
tes qmerito sic inciderim. Disci
pul⁹. Cur illud est ꝑcor eloqre?
Mgr̄. Spūs me⁹ vt xp̄ian⁹ dei do/
no q̄ q sacras ab ifātia lr̄as nouit
osidēabat freqtes scptur̄aꝝ voces
℔ hac snia/Memēto finis Recorda
re nouissima. Memento iudicij mei.
Et qz mors nō tardat Et ab eccle
sia. Media vita in morte sum⁹ Expi
ebar hoc idē quotidie in mortibus
hoim etiā magnoꝝ et carissimorū.
Diaduertebā tutū esse osiliū sapiē/
tis. Dñi iudiciū para iustitiā. Et q̄a
bon⁹ finis nō est quē nō ꝓcessit bo
na vita. Subibat et illud. Ad aliq̄
sanctoꝝ ouertē. Quid multa? Pro
posuit mihi spūs exemplum vnius

scōꝝ cui⁹ in morte fuerat ℔ verbuz
Dñe Jēu suscipe spm̄ meū: Percus
sit ilico cor meū suauis q̄daz q spō
tanea deuotio suspirās mecū et di/
xi. O si daret hoc esse verbū meum
silr vltimū. dñe Jēu suscipe spiritū
meum Suggescit ꝓinde cor meū in
me. Consuetudo inq̄t est altera na/
tura: Cōsuesce in vita. qđ ꝓtin⁹ oc
currat in morte dū cursus vite tue
coget dicē Cōsūmatū est. Dic ℔bū
vltim xp̄i. Pater in ma.t.o.s m. Jū
ge supplicās cum illo magno ꝓto/
martire Stephano. Dñe iēu susci/
pe spm̄ meū Discipul⁹. Jocūda
simul et exēplaris est hec narratio
Mgr̄. Confirmationē hz ab illo
q̄ durissimus ad baptisma suscipiē
dum ꝑ appositionē florū de altari
eiusdē Stephani sub puluinari ca/
pitis ip̄i⁹ dormiētis delatorū repē
te mutat⁹ est in virū alterū qz teti/
git de⁹ cor suū. Suscepit de⁹ spm̄
ei⁹. ad fidē baptisat⁹ē Et deinceps
vsqz ad vltimū fuit in ore suo hoc
verbū. cū nesciret stephani illud fu/
isse nouissimū. Dñe iēu suscipe spm̄
meū. Vade et fac silr Discipul⁹.
Fiet ita. ꝓpicio m̄ deo cū oñib⁹ san
ctis ei⁹ et stephano. Fuēat iste mos
me⁹. tñ dicā in oñi recollectōe mea
ad deū cū nouit ꝓfitētib⁹. Suscipe
me ꝑm eloquiū tuū et viuā. et non
ofūdas me ab expectatiōe mea ad
iuua me et salu⁹ ero Mgr̄. Salu/
briť id effeceris. sum⁹ eni nos xp̄ia/
ni de numero illoꝝ q̄s aspnabať
pharisaica iustitia. et iō iā ñ iustitia

qz pharisaica qz ꝺ pccores recipit
Suscipit nos benigⁿ Ihs in reli
gione sua cū clamam⁹ Abba pater
Cum⁹ hic dū viuim⁹ in ea nouicij.
Tps ꝓbationis habem⁹. vsq̄quo
venit dies ꝓfessionis faciende co/
rā abbate nr̄o deo et celestiū quen
tu toto vbi tunc habeam⁹ vocē in
capitulo. stallū in choro. cibū in re
fectorio. lectulū in dormitorio. Cō
stituit hic et ostruxit officinas ma/
gnas. abbas noster xps sue abba
cie dū pendēt in cruce ꝓ nobis no
uicijs Oratorū Pater ignosce illꝭ.
Capitulū. Latronē ofitentē absol/
uēs Amen dico tibi ⁊c. Dormito/
riū. curā mris Jobi in q̄ graz totā
linquēs Claustrū. clamans q stās
pseueranter in cruce. Refectoriū. di
cens. Sitio. Cellā ꝓbationis vsq̄z
ad ostūmationē dicēs. Consūmatū
est. Deniq̄z nil supest nisi ꝓfessio in
manib⁹ abbatis. non ꝑm carnē sed
ꝑm spm̄. Dicendo. Pater. In man⁹
tu. omen. spi. meū. Et orādo. Dñe
Ihu suscipe spm̄ meū. Discipul⁹
Nimium heu miseros dixerim hos
nouicios si ꝓfessionis hora dū ve/
nerit audiāt. Nō suscipiā vos. Dis
cedite a me maledicti in ignē eternū.
Quo otra beatissimi q̄s misericor/
dia et veritas suscipiūt. Audietes
Venite bñdicti pr̄is mei. Ez reuer
tamur vt ostendas q̄s est iste puer
israel ꝑm lrām̄z. quis ꝑm allegoriā.
q̄s ꝑm tropologiā. q̄s ꝑm anago/
giā sicut añ tangens nonduz eluci
dasti Magister. Israel vn⁹ littēa

lis est ꝑm carnē ꝓpl̄s vñ xps carnē
sumpsit. Nusq̄z em̄ angelos appre/
hendit sed semen abrae in maria.
Israel ē alter lr̄alis ꝓ repromissio/
nē ꝓpl̄s gentiū. q̄ vidit lucē magnā
hūc ꝓpl̄m ab impotētia. ab igno/
rātia. a neq̄tia. ab oñi turpitudine
et inq̄natione suscepit de⁹ in ꝓpl̄m
acceptabilē doctū sanctū pulcrum
incoinq̄natū. vt rex potētissim⁹ ad
regnandū. vt doctor sapientissim⁹
ad erudiendū. vt sp̄ōsus suauissim⁹
tot⁹ pulcer et decor⁹. tot⁹ desidera/
bilis. Cui diceret. Desponsabo te
mihi i fide qz caritate perpetua di/
lexi te. Deniq̄z repudiato carnali
israel spiritalē suscepit gentilē ꝓpl̄m
tanq̄z israel puerū suū Discipul⁹
Nō me latet q̄n multa pñt lr̄aliter
hic queri. de vocatione gentiū. Ju/
deis reprobatis. trāsi ad allegoriā
Magister. Expectat ad eā ipa gē
tiū spiritalis vocatio. Nihil em̄ ꝓh i
bet eundē textū plures simul diun/
gere sensus. quoꝝ quilibet tñ erit
lr̄alis. q̄uis sit allegoric⁹ et moral⁹
Ipz ex illo. Ex egypto vocaui filiū
meū. Et iterū. Israel ꝑmogenitus
me⁹. Jñ israel lr̄alis et allegoric⁹.
ipe pariter vn⁹ est xps. Demū isra
el moralis et anagogic⁹ figurat in
ꝓsonali israel qui et Jacob dict⁹ est
q̄ bñdictionē pr̄is accepit rebecce
filio. qui scalā in monte vidit. qui
duodecim patriarchas genuit. qui
post bñdictionē angeli mutato sibi
nōie gloriat⁹ est. dicēs Vidi dñm
facie ad faciē ⁊ salua fca ē aia mea

Et apls. Nos inquit reuelata facie gloriã dñi speculantes transformemur de claritate in claritatẽ tanqz a dñi spũ. Tropologiã simul aspicio cũ anagogia lucente in puero humili et obsequioso israel psonali Elucidauit omne mysteriũ anagogicus iste Richard⁹ de. xti. patriarchis. ocludens ad benyamin adolescentulũ in mentis excessu. Potẽo fortassis abbreuiato sermone aliq̃ post queré. sed vehemenẽ mouetur anim⁹ ad hoc mysteriũ cũ auctoritate apli nouissime positũ cũ scptũ nouerim⁹. Nõ videbit me homo et viuet Nec hoc passim cuiuis dictũ ẽ sed moysi oranti videre faciẽ dñi.

¶ Discipul⁹ Quasi nihil añ notaueris in alijs tractatulis. et sup ẽ cantico de ognitione dei Nũc ita videris nouus et inscius pscrutari velle ¶ Magister. Materia hec creue mihi et iam vet⁹ est et tñ sp noua conor iudicans obedire hieronymo monenti. Discam⁹ in terris q̃z nobiscũ scientia pseueret in celis. Oro cũ Augl. ad dñm. Nouerim te nouerim me. Et certe si nõ noueriz deũ nec me noscã Querebat in cãticis aia deuota. Indica mihi quẽ diligit aia mea. vbi pascas. vbi cubes in meridie ne vagari. i. vane et inutiliter agi incipiã. supplendũ est te ignoto. Qui gloriaẽ ait ꝓpha vice dei in hoc glorietur scire et nosse me. Deniq̃. hec est vita eterna vt ognoscant te deũ verũ ait xps ad pr̃z. Noli ꝓterea te in admiratio nẽ cordis ducẽ si pr⁹die si quotidie circa visionez dei versor satagens vn⁹ esse generationis illi⁹ de q̃ ps. Hec est generatio querentiũ dñm q̃rẽtiũ fa. dei Ja. Et itez Tibi dixit cor meũ. exq̃siuit te facies mea facl. tuã. dñe req̃raz. letẽr cor querentiũ dñm ad osculũ oris. Querite dñm et confirmamini p oplexum amoris. querite faciẽ ei⁹ sp. q̃d nisi p affẽm otemplationis aut apte visionis?

¶ Discipul⁹. Collaudo desiderium tuũ simul et studiũ. quale me decet maxime duz occupat me senect⁹ et seniũ. Et q̃d ampli⁹ in seculo nisi labor et dolor? Vñ solatio nisi q̃a miserationũ dñi cum sua veritatis agnitione recordabor? Depereant omnes iste questiones infinite quib⁹ prideẽ frustra laborani. dicam dein ceps. Vnã peccꝫ a dño a qua vna quisquis auertit miscet se necessario questionib⁹ infinitis et interminabilib⁹. Qui auertitur volũtas ab vna ꝑma bonitate otinuo miscet se questionib⁹ infinitis p cupiditatez insatiabilem. Intellectus p sciendo curiositatem. Potentia vel memoria p inquietã mutabilitatem. Sit igit nobis sp dulce querẽ faciẽ dñi Aut si nõ dat concupiscat aia nr̃a desiderare sicut ceruus ad fontes aquaz ad te de⁹. Sitiuit aia mea ad te fontẽ viuũ. Dicebat ad hãc similitudinẽ ꝓpha. Sed quousq̃ sities o ꝓpha. Sane donec veniã et apparebo añ faciẽ dei. Dñe auerti faciẽ tuã a me q fcs sũ oturbat⁹

similis descendentib⁹ in lacū. Suscipe me dñe puer tuū israel aut si nō dū sū tali dign⁹ nōie pueri tui israel. Suscipe me vt dignū efficias qz tali honore dign⁹ erit quē tu voluer is honorare qui clemēs cris in ꝙ tibi placuerit. Suscipe verbū tuuz in bonū. ¶ Magister. Exquo votū est vnicū cordis nr̄i querē faciē ei⁹ sp. nec mutuo ḡrim⁹ si nō inuicē de deo loq̄mur. Colloquimur assidue quatin⁹ sit in medio de se loquētiū. Ostendet se fortassis. saltē sub peregrina specie aperiet intellectū. inflāmabit affectū. Postremo coactus ad eucharistie mensam se cognosci faciet vel saltē raptim in fractione panis quē quotidie frangim⁹ celebrādo ¶ Discipul⁹ Dic idcirco q̄d sibi vult anagogic⁹ israel. Videt in q̄t dñm facie ad faciem. Concinit Paul⁹. nos ār reuelata facie. Quid est aliud reuelata facies q̄z visio nuda facialis? Cur dicit speculantes et nō iungit facie ad faciē videtes ¶ Magister Doces de respōsione dū prudenē interrogas ¶ Discipulus Qualiter ita queso nūquid sapiēter inscius sū ¶ Magister. Aduerte quō si facies esset penit⁹ reuelata. put in pria fulgebit nō essem⁹ speculātes ꝫ oppensores. Rursus si nihil gre specialis vltra omunez statū vie oferreē. non fieret hec additio de claritate in claritatē tanq̄z a dñi spū. ¶ Discipul⁹. Tuū ē hoc apire. ¶ Mgr. Dubioz inuolucra quid euoluit et disterminat si nō di

sup magnificat

stinctio? Distinguam⁹ ergo de triplici facie. de triplici velamine. de triplici speculatione. de triplici claritate. de triplici transformatione: ¶ Discipul⁹. Auscultо ¶ Magister Habes ex prioribus triplicē in tricli nio cordis hōis faciē eē p̄m triplex habitaculū siue cenaculum. Facies mentis supior est facies rationis media. facies aie nō illi⁹ brutalis. sed obedientis rationi q̄ dicit portio rationis inferior. ¶ Discipulus Memini traditū p̄us sup isto. Disp sit supbos mēte cordis sui. Studui post hoc mecū p̄biaz ocorvare iuxt coordinationē habituū quinq; nobis partim insitoz partim adq̄sitorū. Itaq; ars et prudētia primum vendicāt cenaculū. Sciētia q intellect⁹ secundū tenēt. Sapiētia velut in arce sedet. in sup̄mo cū mente vl spū vel animo retinens p̄ncipatum ¶ Magister. Solerter egisti colligens ex auditis alia non accepta. Triplex osequēter accipe velamen Certe fidei velamē p̄mo q̄ sola soli deo nata est onecti. Et nebulas patit aliq̄n nō in se intrinsece et essentialiter. sed p̄m q̄d et accidentaliter ꝓpter molem et nebulas corporis. Nā solicitudines velant memoriā fantasmata intelligentiā. ocupiscētie voluntatē. Velat aliter secūdo facies mentis eminētioz. nō vt p̄us ex corruptione corpis sed ex statu viatorum. Sic facies hōis p̄ statu nature institute recipiebat velamē saltē in somno. saltē in quotidiano

corpis obsequio vt nō tota claritate faciei sue ferret sp in deū Velat aliter tertio facies mētis velamine quodā nō tā positiue qz negatiue. et nullo modo ꝑuatiue. Tale velamen vt accipias facilꝰ q̄ dico habuerunt angeli incorporei ꝑma morula vie sue ꝑus qz raperentur ad gloriā felicitatis eēne ¶ Discipul⁹ Sed quid vel quale velamē erat illud? ¶ Magister. Plane voluntas dei nolēs se facialiter q obiectiue p essētiā suā nude apire Est igit istud velamē tertiū sp apud viatores de omuni lege Est primū apud oēs p statu nature destitute. qñqz totaliter. qñqz plus aut minus nisi fuerit ablatū p gras specialē qualiter fuit in te o maria btā et bñdictissima femina ¶ Alterū videlicz secōm velamen mentis quale fuisset nō in angelis sed in parentib⁹ primis dū stabant innocentes ꝑt auferri min⁹ de omuni lege qz ꝑmū. imo nec arbitror p a te dignissima et pulcerrima fuerat totaliter dū viatrix eēs euolutū vel ablatū. sed crebro. sed sepe. sed frequētissime tollebat pro loco et tpe quantū status vie mortalis tolerabat. ¶ Discipulus. Nō obuio si nō ascribas preconia ista dignissime femine que nec ecclesia sibi tribuit p que poneret extra vie statum. neqz eīm simul q assidue poterat non esse viatrix et esse.

Magister. Triplex amplius nota speculū quia dicit speculantes. cui diunge triplicē claritatē. Unū speculū est cū claritate sua quod indidit natura. et industria poliuit quale fuit apud pbos quo ad intelligibilia p inuestigationem naturalem quāuis mixte fuerint multe nebule imo tenebre erroꝝ. Nō tñ oportet dicere cū aliquib⁹ p nihil speculati fuerint veritatis. etiaz de deo q intelligentijs. Sciebant saltē p deus nō erat lapis aut brutum. Rursus alterū nota secūdo speculū. p supnaturalē irradiationē sup intellēm humanū cū limpidiore q sinceriore claritate qz possit natura sola vel industria ꝓpinare. Deniqz tertium accipe speculū cū sua claritate qđ intime latet. quod ab exterioribus nequit assumi totaliter. Sed oīs hec claritas filie regis ab intus est introrsus valde. ad quam non admittit alienus Bibe de aquis tuis prior iubet sapiens. Cor quod nouit amaritudinez anime sue in gaudio eius non miscebitur alien⁹. Nō enim gaudium habet intrinsecus ortum ab amaritudine cordis in contritione qui non similiter afficitur in dolore qui vertitur in gaudium. ¶ Discipulus. Frequenter audiui talia qualia dicis. sed nonduz dicere vales nisi mentior p plene ꝺcipiā. Fac manifestum si potes

Mgr. Si manifestationē expectas doctrinalē et disciplinalē pollicebor hoc facilit effectuꝝ si discipuluz q̄ puerꝝ te ꝓbuerl. Crede ꝑmo more-

discipuli scieris ita postmodus q̄ dicen̄: saltē ex medijs seu locis extrinsecis videlz ex auctoritate dicentis qđ et ex ista maxima Cuilibet experto in sua arte vel scientia credendū est. Tali loco et maxima. fides innixa deo et ecclesie que regit spūsancto stabilit: Si vero nō otentus ista notitia tibi quesieris demonstrationē euidentē. aut notitiā intellectualē ex terminis aut experimentalē p̄ceptionē. frustra ne dicā stulte conabimur. Manifestissima sumit ratio ex alijs in nobis exptis que nemo p̄t extra se tradere experi nec tñ absq; experientia p̄nt sciri. Tale speculū talis sua claritas nete suspendā diuti⁹. est vnio p gustū et tactū spūalē. que vnio dicit hic p anagogiā susceptio israel pueri dñi dei. Per aplm dicit trāsformatio. Dicit in canticis osculū et amplexus. Dicit p psalmistā adhesio et inhesio. Jungit adhesioni susceptionē Adhesit mq̄t aia mea post te: me suscepit dextera tua. Hec est mutatio dextre excelsi. hec actio vel deductio spūs Discipul⁹. Multiplices licet talia centies nōia non ad intelligentiā satis erunt Mgr̄ Verbū latēs in mente nō aliter p̄t extra prodi q̄z per voces. maxime qñ ē verbū tale quale describit augustin⁹ Verbum inquit est notitia cū amore. Dixerit aliq̄s fidus tibi Nosco Jobz et amo eū. cōsentis ei. et formas in te credulitatē de notitia cū amore. quā intueri, i. intus tueri vel aspicere fas nō habes. Nihilomin⁹ enitere tecū in corde tuo Jobz illū diligē. vniet dilectio te Jobi. nō prior aliena dilectio ꝫ tua Senties intra cor susceptionē ip̄i⁹ Jobis nō iam aliena ꝫ int⁹ ꝓpria experientia. Cōuerte silitudinē hanc ad vnionē cū deo. p ꝓpriū tuū nō alienū amorē. senties in te qđ habeat suauitatis. qđ virtutis ⁊buz hoc anagogice de te. ad te. et in te platū Suscepit israel puerꝫ suum. Discipul⁹. Cur si nō amauero sētiā tale nihil suaue vel iocundū. Mgr̄. repetam alti⁹ ex intimis pbie pncipijs q̄i nō iam credas auctoritati sed rationi ouincenti. Triplex esse gen⁹ boni diffiniuerūt pbi per nature voces evocti. Bonū vtile. bonū delectabile. bonū honestum. Cognouerunt vlteri⁹ p res aiate tendūt p appetitū naturalē indituz ad bonū dūtaxat eis vtile sicut ad loca sui oseruatiua. et ad alia sine quib⁹ esse vel bñ esse nō p̄nt. Porro de delectabili bono nihil habere dicunt sicut nec tristabili nisi p trās sūptiones voluerim⁹ ample nimis loqui. Res āt aiate p formā sensitiuā in actu fūdatā tendūt q̄dem in bonū vtile qđ dū osequūt et illud eis diūgit sentiūt delectationē. ita vt iā ferant in ꝓpriū bonū qz delectabile eis. etiā si nō esset vtile imo nociuū sepe. Natura tñ pl⁹ ingeniauit delectationē in aialib⁹ ꝓpē opationē vtilē q̄z ꝓpē delectationē suauez vū si habēt aial nutrimētū sufficiens

sibi cõiunctũ. si preterea generaret sibi simile ad ꝯuationẽ siue speciei natura non curasset adiungẽ delectationẽ in sensib⁹ gust⁹ et tact⁹ pl⁹ q̃ in igne qui ferẽ ad locũ suũ q̃ generat sibi sibe sine delectatione. Si aũt aialia dimisso sibi vtili vel suespẽi. querũt solũ delectari. fit hoc p/ter intentionẽ nature principalẽ Si vero diungũt vtrũq̃ nõ errant vt delectatio tencat opationẽ et foueat. ¶Discipul⁹. Dicis ea q̃ pbie ꝺsonãt et expientie. cõclude ꝓinde q̃ delectatio nõ fit sine opatiõe aliqua cognitiua simul et motiua. q̃a nec motiua vis sola sufficeret plus q̃ in reb⁹ sine aia. Nec rursus sola discretiua sine motu virtutis appetitiue satis esset ad delectationis originẽ. ¶Mgr. Censes acute. porro cernas acuti⁹ volo. qualis sit hec cõbinatio sensus ꝓcipientis et appetit⁹ mouẽtis. Nec ideo q̃siuerim si sint due potẽtie realiter et essẽtialiter distincte. vel sola ratione. ℇ sufficiet ꝙ ad causãdaz delectationez mutuo se ꝑsupponũt ¶Discipulus Presupponũt scio nõ aliẽ q̃ forma ſraz ꝑsupponit oculũ dirigentez et manũ mouentẽ vbi neutrũ p se sufficeret ¶Mgr. Exemplũ placet etsi nõ penit⁹ adequatũ. Exẽplũ aliud est de libertate arbitrij q̃ nõ vnã ꝫ duas ꝑsupponit potẽtias aut potẽtie vni⁹ essentialis. duas rationes. Quero tñ q̃ potẽtia ꝓus occurrat ad causatiõez delectatõis. apprehẽsiua vl motiua? Aut si sit penit⁹ res eadẽ querit sub qua rõne ꝓus ipa cõcurrit. vel apprehẽdendo vel mouẽdo? ¶Discipul⁹. Cur hoc i questionẽ vocas. cũ vis appetitiua aialis nõ mouet nisi ꝓus obiectum sit apprehensũ et sibi pñtatũ. ꝓtea et nõ ob aliud vocat aialis. ¶Mgr. Quid si tibi monstrauero cõuersuz ordinẽ inueniri. Exẽpli gra. in hõie q̃ potentiã hz reflexiuã sup se delãtur ipe in obiecto p apprehẽsionez q̃ vim motiuã volũtatis Cõuertat et reflectat apprehensiuã ad cognoscendũ q̃d et qualis sit hec delectatio causata ex ꝓceptiõe ꝓma diũcti onis obiecti cõueniẽtis cũ appetitu q̃ est vis motiua solũ vt sit non cognitiua nec ꝓceptiua. Attẽde soleter hoc dictũ. Cui⁹ ignorãtia vel inconsideratio multos fallit et inuoluit. Nesciũt eñ secernẽ id q̃d attribuat virtuti motiue vt sic a virtute discretiua et hoc ꝓpter cõtinuitatẽ mutuã q̃ circũincessionẽ seu coexigẽtiã ¶Disc. Un⁹ er illis vsq̃ nũc fui Uñ frequenẽ turbatũ q̃ circunda tũ me tenebris inueni ne cognoscerẽ illud diluciꝺe ad q̃d quantũ iaz cõiecturo ducere me satagis ¶Magister. Nil admirandum. si discreta coniunctim. et coniuncta discretim concipiantur aliter q̃z oportet confusio subsequat. Cõcedis ꝙ in prima causatione delectationis necesse est vim apprehensiuam in actu suo pcedẽ. si nõ tpe tñ ordie nature Nũc aiaduẽte postq̃z delãtio causata ẽ si vis ognitiua ognoscit hãc

delectationē. ostat q̄ inde ꝺsequaꝫ noua delectatio ꝙ reflexa qua fit vt hō sciat et velit se delectari. ¶Discipulus. Cōstat et expiri ꝓtin⁹ licet vnicuiqꝫ nō ꝓteruo. ¶Mgr. Quēo nūc simlīt a nō ꝓteruo nec disco/lo q̄ causa p̄cedat ordine naturali p̄ceptionē delectationis isti⁹ secun de reflexe vtrū appetit⁹ vel vis p̄ceptiua sensus aut intellect⁹. ¶Discipulus. Video⁹ apte respondere si dixero q̄ ad hanc delectatōis secū de p̄ceptionē neutra potētiaꝝ p se p̄mo. sola ocurrit. sed vt diūcte fuerint et vnite ad p̄me delectatiōis q̄ nūc obīcīt habendā reflexe sup se p̄ceptionē. ¶Mgr. Consequīt ergo secūda p̄ceptio ad vnionē vtri/usqꝫ cause ocurrentis. nec potuisset aliunde p̄cipi reflexa delectatio nisi simplex p̄oꝛ essꝫ. ¶Discipulus. Nequeo cōtradicē. perge si placet ad tertiū bonū qꝺ honestū nominaꝫ. ¶Magister hoc ꝓpriū soli nature intellectuali ē vt ad bonū honestū solū ꝓpter se moueaꝫ. etiā si nihil inde vtilitatis. nihilqꝫ delectatiōis oriaꝫ. q̄ꝫuis in se tm sūme sit vtile ꝙ delectabile. ¶honestū inqt tull⁹ est qꝺ sua nos vi trahit et allicit sua dignitate. ¶Finis itaqꝫ nature intellectualis est vt suscipiaꝫ ad bonū honestū quo solo fruaꝫ. et in illo delectata quiescat. Nulla ad hūc finem attingit irrationalis creatura. quia nec ad illū creata est memorandū intelligendū et amādū. Cōtemplaberis altissimā hanc et pulcerrimā veritatē o altissima et pulcerrima seminarū. ¶Hanc insinuasti dū de solo israel q̄ sua int̄pratione ꝺr vi/dens deū vel visio dei cōpleuisti tā ticū tuū. Suscepit israel puerū suū. ¶Discipulus. ¶Preposueras inter distinctiones ante dictas. de facie. de velamine. de speculo. de claritate distinctur̄ te insup de transfor/matione. ¶Magister. ¶Apte recolis simul et alia sūt de susceptione per anagogiā (quā susceptōnē trāsfor/matiuā dicim⁹) addenda p̄ioꝛib⁹ Pauses interim ab inq̄sitione et super hac susceptione trāsformatiua tredecim cōsideratōes accipe.

Susceptio Sancti israel trans/formatiua sicut nō ꝓprie dicēda est generatio vel trās substātiatio. Sic nec ꝓprie est naturalis alteratio. Generatio quippe tendit ad introductionē forme substantialis qualis nō introducīt in hac transformatione quaꝫ nōiare possum⁹ deiformē. qꝛ forma imprimīt diuinit⁹ menti qualē non hꝫ ex natura vel sola industria. Sꝫ neqꝫ mutaꝫ aliqua res essentialīt i aiam quēadmodū panis trāssubstātiaꝫ in corp⁹ xp̄i. Porro naturalis alteratio fit ꝑ abiectionē forme ꝓpis cōtrarie. et hoc in meli⁹ vel in peius

Susceptio vero trāsformatiua deiformis nō ꝓsupponit aut req̄rit hmōi variationeꝫ ꝑm cōtrarias q̄litates. Sicaꝫ ꝺcir co magis illumiatōi solis in celo ꝙ medio puio atqꝫ ꝑspicuo. Sic a lumine supno illūinari ꝺr tā vniūsalis qꝫ ꝓticularis eccīa sīc a sole luna

Susceptio transformatiua pl' ꝯsistit in ꝓceptione vnitiua q̄z in amore solo ꝑ se vel in cognitione sola. Veritas ista oclu dit ex colloq̄o ꝑus habito quo q̄si uim' delectatōis originē etiā sensu alis. De' itaq̄z cū sit sūmū bonum obiicit se mediate vl immediate di lecto israel puero suo sub triplici ratione generali. boni scz honesti. de/lectabilis et vtilis. Aut sub alijs lo/quendo terminis illabit in mentez vt pulcritudo seu formositas. vt sit suauitas vt salubritas Est deniq̄z de us immēsa lux in quo tenebre non sūt vlle Johis testimonio. Est aūt ꝑfectas lucis se cōicare seu diffun dē ꝑ vniuersā sperā sue actiuitatis. Spera vero diuine actiuitatis ē im mensitas et eternitas sua cui' circū ferētia nullaten' extra se est Unde eternitas q̄i extra t̄minos entitas vel vnitas. Sic idē est penit' cētrū q circūferētia Sic infinitas in deo. magis ꝑm rē dr positiue q̄z negati ue. Nomē ꝺo videt negatiuū Sic ecōtra de finitate q̄ vocat t̄minatō sic q̄z fines habeat vltra q̄s ꝓgredi nō ꝑt. Est igit hec negatio quā ne gat infinitas q̄i ñ finibilitas Nosti ꝺo ꝑ logicā q̄ dupler negatō red dit affirmationez Sz ꝓ seq̄mur q̄ sepi' lux ꝺina cōicat et ꝓducit suā spēz ꝑ totā se simillimā sibiq̄ eglez. ꝑ q̄ qđ hz pulcritudinē infinitā. de qua sapiēs. Pulcritudine ei' admi rabit ocul' Nā oculo marie ouenit de pul'critudie iudiciū sic alijs sensi b' de salubritate et suauitate. ꝑ tēa opat bono honesto bonū pulcrū qđ nec delectabit nec vtil vt sic in/cludit rōez Amaret eni etsi nec vtil essz nec delectabilis aliūde q̄z ex se Porro si ꝺina pulcritudo solū se of ferret indiuiduo creature rōnalis intuendā siue pluri sol' intellectual ocul' iudex esset. nō tact' aut gust' qua super re sequat alia ꝯsideratio

Susceptio transformatiua si ꝑ fecta sit presupponit indiuiduo creature rōnalis illapsū fieri verbi luminosi qđ est spēs ade quata sue luci et hoc ꝑm ꝺutē acti uā sūme ꝓportionatā et ꝑm opati/onē pfecte replentē oñez indigētiā pueri israt. ad hāc trāsformationez susceptī. Placet itaq̄z spēi pulcritu do. eē ꝓpt se solā Sz virt' spēi agēs ꝓportionalit in potētiā receptiuā. suauitatez inducit. Sicut et opatio replēs indigentiā affert salubrita/tē. Habes igit bonū honestū i pul critudine. habes delectabile i suaui tate. habes vtile in salubritate. ha bes ꝓinde bonū omne. de quo ad moysen dñs. Oñdā tibi oñe bonū Cōcludit iterū ꝙ susceptio trāsfor matiua ꝯsistit in ꝺcursu oñis boni et si nō formalit saltē virtualiter q eminent hoc āt tale bonū in habi/tib' deiformib' est sola gra gratificās aut gloria ꝯsūmate btificās

Susceptio transformatiua nū/q̄z potuit obtineri nisi per gratiam diuinitus infusam que radix est omnis transformati/onis deiformis et sursum vnio/nis. Continet autem virtualiter

in se fidem spem et caritatē cū ceteris habitib⁹ luminosis et affectiuis taliter suo modo qualiter essentia aie originalit cōplectit suas vires Omittat inter.m similitudo de diuina essentia respectu triū psonaꝝ. respectu inuꝑ omniū rationū pfectionē in diuinis dicentiū. qz nulla creata simplicitas isti pt adequari (vel par esse

Susceptio trāsformatiua actualis nō ocedit de cōmuni lege sine exercitio actuali mētis. faciēdo qđ in se est ad hanc susceptionē. saltez p obicis cuiuslibet ablationē. Exē plū i supnaturali forme rationalis introductione que naturales dispositiōes presupponit in corpe. Cōclu dēt ex hac duplici ōsideratione statim qꝫ absqꝫ miraculo non fit susceptio transformatiua maxime gratificans. nihilomin⁹ illā asserere non fit certū euidenē. sine miraculosa reuelatione. Ideo ꝑpter ōsimiles motiones quas hz natura p habitus adq̄sitos informes ad habit⁹ fide spe caritate qꝫ formatos. hinc heretici ptinaces. hinc nōnulli infideles. hinc pccores vanigloriosi de suis sentimentis sepe ofundunt in estimatione sua. relaturi supplicium vñ premiū magnū osequi putant. hinc est illud. Cadent a latere tuo mille qui se de latere ꝓximos arbitrabant. Et decem milia a dextris tuis statū xpianitatis assecuti

Susceptio transformatiua visitudinem hz recipcā q̄ circulare. Utimur similitudine palpabili ex scripturis Dixit in Apoc. xps. Ecce sto ad hostium q pulso. si q̄s mihi aperuerit ianuā. introibo ad eū q cenabo cū illo q ipe mecū. fit pinde illud de grāmatica hospes qđ recipit q qđ susceptꝰ habet Audis qꝫ xps intrat vt hospes in aiaz. aiaz cibat vt ipaz suscipiens Et certe sic est tenendū simul q admirandū. nō iā p similitudinē si ad susceptionē eucharistie trāseam⁹. Qui māducat inq̄t xps meā carnē et bibit meū sāguinē in me manet q̄ hospes susceptꝰ a xpo. Et ego in illo q̄ qđ suscipit in mētis hospitio. Felix nimiū puer israel hospite tanto. Felix munē duplicato atqꝫ recipro co. Suscipit israel. deiformis nr̄ spiritꝰ puerū suū. iure stupes ad ꝟbū o frater. Scis qz vocē ihm xp̄z puerꝫ nr̄m. suscipit israel spūs suus deiformis suscipiēdo sacramentum Plane sic legis de eodē xpo. Puer natꝰ est nobis q filiꝰ datꝰ est nobis pt hoc intelligi de puero Jhu p̄m carnē qđ p te virginē puerperā datꝰ est nobis et corpaliter natꝰ. Est aliꝰ mirabilioz et nisi de se testis esset incredibilioz sensus qz datꝰ est nobis vt sit puer noster p filialē susceptionē in vtero mentis israelitice conceptꝰ et genitꝰ. Qui fecerit inq̄t voluntatē p̄ris mei ille meꝰ frater sozor et mater est. Audis mr̄ez. et cuius mr̄ez. nōne pueri Jhu! Sic eñ a patre puer et a ꝓphetis et ab euāgelistis crebro xps nōiat. q̄uis vir fuerit ab utero Etiā inde fēm ē nouū sup terrā qꝫ mulier circūdedit virū

Suſceptio transformatiua redit aiaz verbigenā. Jpa siquidē q̄ p naturā ancilla est q̄ p gr̄az adoptionis filia. q̄ p ſō/arrationē dignatiuā ſpōſa. fit p nimiā gr̄e ſupabundantiā grauida de te puero Jēu. te marito. te viro te ſponſo vt iaz ſponſus et ſponſa ſint duo in vno ſpū. imo in vno fetu q̄ es tu dñe Suſcipe ꝓptēa o deiformis aima et ſimul ſponſa dicta. Suſcipe tuū puerū nō iā vt hoſpitē tuū. nō iā vt dñm. nō iā vt amicū. nō vt ſponſū qualēcūq̄z. ſed vt ſponſū et filiū tuū. Filiū qui ꝺcipit in vtero memorie p infuſionē roꝛis gr̄e. Filiū q̄ formaꝛ in vtero intelligentie p infuſionē deiformē. Filiū q̄ parturit p opa caritatis eliciti/ue vel impatiue donec in mundum naſcaꝛ pennitatis glorioſe. Jſideoꝛ audaꝛ nimis et recte videoꝛ ſi nō teſtimonijs ſcpturaꝝ fulcit⁹ eſſē q̄ deū eſſe tradūt aie ſancte et iſraelitice. Omnia que dicta ſunt filioli mei inq̄t Paulus quos iteꝝ parturis donec formet in vobis xp̄s. Et dñs p̄ ꝓphaz amos ꝺt. Jſir me⁹ es tu. dux virginitatis mee tu es. Et iteꝝ. fornicata es tu. tñ ad me reuertere et ego ſuſcipiā te

Suſceptio transformatiua mirabilioꝛ effecta ē p⁹ lapſū q̄z ſtante nec peccāte natura fuiſſet Primo qz non maius eſt celū et terrā creare q̄z pcōꝛes iuſtificare. Ratio. Nō em̄ hz poſitiuū creatio ꝺtrariū ſicut ꝺtrariaꝛ iuſtifica

tioni pcēm. Kurſus in creatione ſola potētia ꝺſideraꝛ. ꝛ in iuſtificatione ſapientia ſimul et beniuolentia. Nec min⁹ cū potētia penſaꝛ. Quid ſapiēti⁹ q̄z vt vincat ſapia malicīā et ita vincat q̄ ex ea ſit elicē maximā iuſtitiā? vult exhibē ſūmā beniuolentiā. vult exercē ſūmā potētiā in debellando p humilitatis deiectionē omnē ſuꝑbiā. Conferebas hec verba frequenter in coꝛde tuo ꝛgo digniſſima nec ſatiabaris dulcedine mirabili ſup hac ſuſceptiōe iſrael puēi ſui Hinc deuotū tibi cū exactione pia dirigiꝛ in ꝓſa votuz Nec abhoꝛre pcōꝛes ſine quib⁹nū q̄z foꝛes tali digna filio. Tu quoq̄z Gregoꝛi ſic exclamaſti/ O felix culpa Eue q̄ talē et tantū meruit hr̄e redēptoꝛē. addam⁹ ſuſceptoꝛez. O certe neceſſariū Ade pcēm q̄ xp̄i ſanguine deletū eſt. Noli ꝓpter hoc extolli o culpabiꝛ eua. noli tibi blādiri pcōꝛ Adā. qz dei benignitas oīnipotēs nō impotēs vr̄a puerſitas talē meruit redēptionē et ſuſce

Suſceptio (ptionē exhibuit transformatiua clarioꝛ q̄nq̄z nōnunq̄z obſcurioꝛ inueniꝛ. Prouenit hoc p̄ncipaliꝛ a bñplacito ſuſcipiētis actiue ſed diſpoſitiue a ꝺditiōe ſuſcepti: Jꝺoꝛ inde eſt illa pauli. Trāſformamur ō claritate in claritatē. qz videlicet alia claritas ſolis et alia eſt claritas lune. ſicut nō par ſp eſt reuelatio facie. Tenet dñs in manib⁹ lucē ꝛc Si vult videꝛ ait Aug. ſi nō. non. Sic

aliquis clausis palpebris seu membranulis oculoꝝ positus extra radios solis. ostat q̄ nihil aut tenuissime videbit q̄. uis oculi sint sanissimi. nec velamen aliqđ maxime compositionis habētes. ꝓcedat iste ad intentissimū lumen solis aspiciendū ouerso intuitu nō videbit itaq; rotā solis. attū multo splendore lucescet oculis ꝑ velamē palpebrarum. ¶ Sit aliud exemplū de oculis aptis ad obliquū lumē solis circa crepusculū diei in susceptione matutina quali xp̄us resurrexit cū tenebre essent sup terrā orto iam sole. ¶ Sit aliud exemplū. ¶ Si ponēm⁹ solē libere obiectaliter se visui pñtare

Susceptio transformatiua feruenti⁹ excandescit a tepidius. duplici ratione q̄ nūc declaritate ponebat scz arbitrio dei vel dispositione subiecti. ¶ Disponit aūt subiectuz qđ est mens rōnalis maxie p hūilitatē spūs. qz humilē spū suscipiet gloria. ¶ Interroga naturā audis sub exemplo respōdētē. Obijce speculū ocauū politū solarib⁹ radijs causabit ex multa reflexione in puncto cōcursus radiorū ardens ignis. ¶ Silis erit effect⁹ ex vase cristallino vel vitreo pleno aqua. Quid ꝙ aspectus pulcritudinis corpalis aliqs transformat in furiā et mētis amentiā? Cur nō poterit inspecta pulcritudo spiritalis dei? Cur nō diuinoꝝ spectaculorū pulcerrimoꝝ osideratio in talē suo modo spūalis ardoris effectū mensup magnificat

tē eucharē? Cur nō poterit extra se fieri? Cur nō ad dilecti pulcritudinē tota rapi ac pinde amens esse? ¶ Sic ēm diuin⁹ loquit Dionī. in re nra. ¶ o felix amentia ꝓ qua sequitur

Susceptio transformatiua spiritualis contrario modo se hz ad transformationem ialez et brutalē. ¶ Tradit Dionī. ꝙ amor in terrenis est dispio et labefactio amoris. ¶ Ez diu⁹ amor est sicut quidā eter⁹ circul⁹ ꝑ optimū. ex optimo. et in optimo. et in optimū inenarrabili ouerhōe circuiēs. ¶ Colligit ꝓtin⁹ dra breuis inē duos amores q̄ꝝ vn⁹ ostituit ciuitatē dei ꝑm Aug⁹. ali⁹. ciuitatē babilonis. ¶ Prim⁹ venit. scōs dispgit. Et vere sic ē si ꝑ oia respexeris ¶ Dedit xp̄s intelligi causā. qz inq̄t. vnū est necessariū. plurima vero sūt contingenter variabilia ¶ Necessariū itaq; (qz tm̄m vnicū est) colligit. cetera oīa qz labilia sūt dispgūt. ¶ Amor q̄ innitit vni necessario stabilit i eo ¶ Amor innitēs mutabilib⁹ vt muteť necesse est ¶ Est āt oīs creatura vanitati subiecta. ¶ Audi de hōie q̄ fugit velut vmbra et nunq̄ in eodē statu ꝑmanet. ¶ Ciuitas igit babilonis quaz fundat amor sui vsq; ad otemptū dei q̄i recte babilon. i. cōfusio nōiať. ¶ Ciuitas vero iure vōť ecclesia qz ouocat et colligit. ¶ Dicit et ihrlm cui⁹ ꝑticipatio ei⁹ i id ipm ¶ Edificās inq̄t ꝓpha ihrlm dns dispsiones israel ogregabit. ¶ Fit hoc dū suscipit dns israel puerꝝ suū. qz

similiꝫ venit ad hoc caypha ꝓphe
tante. ꝙ nō a se ipo. venit em̄ vt nā/
os israel in vnū ogregaret. congre
gatione non tā locali q̄ spūali. in
vnā fidē. in vnū ouile. in vnū nidu/
lū sub alas amoroſiſſime circa fet⁹
galline q̄ est eterna sapia xp̄s ih̄s.

Suſceptio quelibet a deo. nōie
ꝓpriſſimo. dici pōt
vnitio siue ſrāliꝫ ſuſceptionē accipi
as. siue p allegoriā. Myſteriū quip
pe incarnatōnis qm̄ celebratū est. fi
nis suus tot⁹ fuit vnitio. Tūc em̄ fe
cit xp̄s vtraq; vnū dū dixit ima
ſūmis. dū fact⁹ est lapis i caput an
guli. dū. cātata est in terra pax ho/
minib⁹ bone voluntat. pace refor/
mata celeſtiū cū terrenis. Si x̄o p
tropologiā. ſi p anagogiam ſuſce/
ptio israel pueri oſideret. q̄d aliud
videbit q̄ vnitio. hoc est ad vnum
collectio et ad vnum exaltatio. ad
vnū impletio reſtitutio et ouerſio
hūiliū mente cordis sui? ¶ Diſc.
Sile q̄ſo ſile. iā satis est mihi. iā q̄
luce serenitatis infuſa. omīs cōſum
matōis video finē. Cōſūmatio ſer/
monū em̄ iſta est ꝓcul dubio. Pet
hoc vnū de⁹ et dicem⁹ ſufficit nob.
credem⁹ dicēti ſufficit tibi gr̄a mea
¶ Mgr̄. Eſtuas gaudio nouo. q̄ſi
nō ꝑus oia q̄ ꝓtulim⁹ milies audi/
eris tū a ſeptis euangelicꝫ. et apl̄icꝫ.
tū a collatōib⁹ mutuis q̄b⁹ ita fre/
quenē inſert⁹ est ꝑmo de theologia
myſtica doctore Dioñ ¶ Diſc.
Audiui fateor q̄ legi. nunquā vero
mentē ita ꝓſtrinxit q̄dq; vt nūc in/

tima ꝓceptio Nunq; ita mihi ſapu
it verbū hoc hōis pleni fide q̄ ipū
ſancto. Stephanū loq̄r. ¶ Dñe Ih̄u
ſuſcipe ſpm̄ meū. Q̄d verbū nōne
oſonanē erat ad verbū marie fiue
cātici. Suſce. iſra. pu. ſuū. Hoc ple
ne mox effectū est p̄m anagogiam
dū obdormiuit ſtephan⁹ cū dño in
pace in id ipm̄. ¶ Mgr̄. Glorioſus
de⁹ in ſāctis ſuis. mirabilis in maie
ſtate et magnificētia q̄ nūc magis
apuit intellectū vt intelligeres ſcri/
pturas in ſua collocutiōe. hic i via
ſub pegrina licet effigie tetigit cor
et ſtrinxit quo ſuſceptionē ei⁹ ꝓcipe
res. nedū p diſciplinā doctrinalē ꝙ
expimentalē ognitionē. Hec est co/
gnitio cū qua et ſine qua nō adq̄ri
tur et guſtaē ſapia myſtica. hec ſuſ/
ceptio vnitiua ſācti israel regis nr̄i
Hec collectio hūiliū mente cordis
sui. Hec ſola diuidit inē ciues ih̄r̄z
et babilonis. hec ſanctificatio. hoc
regnū hec volūtas dei. hic panis
ſupſubſtātialis. hic liberat a malis
culpe. pugne. et pene Amē. h⁹ ē ſine
mene vl̄ defectu mixto cuiuſuis na
ture p momēto hmōi experientie.
Creue mihi qm̄ vel expertis mere
gratis daē. q̄uis nō ſoleat dari ni
ſi deſiderātib⁹ q̄rentib⁹ et pulſanti
b⁹. Deniq; vim patiē q̄ ſi cui datur
Conferē. aliqñ nihil agētib⁹. qñq;
aliq̄d agentib⁹. qñq; ſomnolentis
raptim vt ſubito neſcire poſſis qñ
veniat aut q̄ vadat: Cur ita? Pla/
ne ne tuo merito vel induſtrie aſcri
pſeris ſuſceptionē viſitationis ſue.

seo dic tps bñplaciti deꝰ. ¶ Discipulus. Loq̃ris expta. Sufficit ad exemplũ paulus supabũdant in miraculose visitatis et susceptis testimonia. ¶ Magister. Crede tamẽ qꝫ nõ idcirco tibi prohibenda est. vel alteri lectio. non allocutio deuota. nõ meditatio solers. nõ oratio frequẽs et feruida. nõ demũ sacramẽtalis susceptio. q̃ si rite fiat superat vigor eiꝰ attractiuꝰ. Hec oĩa spiritualis exercicij documẽta. Crede equidẽ. dũ in ortis ecclesie habitas dsecratiõis tpe assũt amici angeli. auscultãt. fac dilectũ audire vocez tuã. Ostende ei faciẽ tuã si decora est. Sonet vox tua in auribꝰ eius si suauis est. ¶ Discipulꝰ. Docueris obsecro que sit illa vox quaz audire petit dilectꝰ meus mihi. ¶ Mgr Doceat te finis et dsũmatio cantici canticoꝝ qđ iũgemꝰ ad hoc psalteriũ. Fuge dilecte mi assimilare capree hinnulo qꝫ ceruoꝝ sup mõtes aromatũ. ¶ Discipulus. Mirabilis vero talis est amice vox ad dilẽm petẽ vt fugiat. quo absente nihil iocundũ. cuiꝰ pñtia nil optabiliꝰ esse ꝑt ad votũ. ¶ Magister. Ignorãs mysteriũ nescis qꝫ nõ ꝑt altera ꝓximor ad dilectũ fieri pñtia qꝫ si fugiat ipe sup montes aromatũ. nõ qualicũqꝫ modo. ꝫ ad similitudinẽ capree hinnuli qꝫ ceruoꝝ. Mos est capree solitudinis secreta diligere. Capreа quasi capiens alta. Secretũ similiẽ mutuũ q̃rũt dilectꝰ q dilecta. Nũc in foraminibꝰ petre. nũc in cauerna macerie. Petra ãt est xp̃s crucifixus ꝓforatꝰ et in latere cauernatꝰ. Secretũ vero nouissimũ et vltimũ est sup mõtes aromatũ. montes q̃ suscipiũt imo dãt pacẽ populo. Cerez qđ querit hinnulꝰ ceruorũ dũ fugit ꝑ deserta montium puto redit assidue ad vbera matris. in cuiꝰ antro quiescit et sinu. Scis ãt qz se refert et oĩa filiꝰ ꝑ ad patrẽ. Ipe hinnulus gratissimꝰ ad ceruã carissimã sapientiã ingenitã cõfert. Concludo tandẽ qꝫ sonet hec delicatissima vox in amorato per amorẽ. dilecte mi qđ ꝑ adiunctam ozo te petis similitudinẽ nisi vt fugiat dilectꝰ ad pr̃ez. quo ibidẽ quiescente trahat dilectã suaz secũ. collocet nõ iam in ortis vbi sũt amici. sed solã cũ solo. vnicã cũ vnico delicioſus amatoz oplectak. Sicut in eodẽ lectulo flozido. sicut in lectulo salomonis pacifici. sicut in cubilibꝰ sponsi. vbi sponsa dicat ex sentẽtia Dilectꝰ meꝰ mihi totꝰ et vnicꝰ conſungit et ego illi. Dicatq suus deiformis spũs iam israelita ꝑ limpidã visionẽ. Jam puer amplexatꝰ ꝑ intimã susceptionẽ. Jam suus effectus heres ꝑ filialẽ hereditariã qꝫ possessionẽ. nũc quidem in spe sub certa expectatione futuroꝝ Suscepit israel pueꝝ suũ. ¶ Discipulus. Bñdictꝰ deus et magnificꝰ in sanctitate desero iam ex animo alias questiones oĩes ꝑ dulcedine ꝛbo rũ istoꝝ. ꝑ suauitate mellei spũs sapientie. ¶ Mgr Placet ad initium

regredi.nō ratiocinando.sed iubi/
lando.placet ocinere cuz exultati/
one spūs in id ipm.Magnificat aia
mea dñm.qz suscepit israel pueruz
suum

Explicit prima partitio

Sequit altera partitio.

q̄si per soliloquiū et meditationes
p notulas triginta.

SUscepit israel puez suū
Suscipe me dñe seruum
tuū in bonum. Seruus
tuus sit spūs meus qui
desiderat esse israel puer tuus.Mul
ti dicūt anime mee nō est salus ipsi
in deo eius.Dicunt hoc crebro ca/
lumniatores supbi.mūd⁹.caro.de/
monia.Tu āt dñe susceptor meus
es.glo m.et ex.ca.me.Caput meū.
mens mea dñe qz capiat te Caput
em̄ a capiendo nomē hz. Sed nec
altera est assignabilis dīa potior
mentis ad reliqua oīa mente ca/
rentia nisi qz capax tui est et parti/
ceps esse p̄t.Capax p intrinsecam
ditionē.memorie. intelligentie.et
volūtatis Particeps vero.i.pfecte
capiens.p habit⁹.ad⁹qz supaddi/
tos.maxime per illapsū deiformis
gre tue.Suscipias igit me p̄m elo/
quiū tuū.suscipiā et ego te p amo/
rē tuū.Quid hoc suscipe. nisi surs̄ū
me cape in mentis mee cenaculuz?
Dñe inclina celos tuos et descēde
vt ascendā ad te adiutor me⁹ tibi
psallā qz de⁹ susceptor me⁹ es. Ad
hoc em̄ fecisti me de⁹ me⁹ mia mea
Propterea p̄cor q obsecro suscipe
me recordat⁹ misericordie tue.Sūt
vane susceptiones hoc est surs̄ū ac/
ceptiones mentis mee de te quous
qz veniat dsūmatio.quousqz dexte
ra glorie tue suscipiat me in finem.
Susceptio āt enigmatica creatura
rū extrinsec⁹ est Interi⁹ capio te int⁹
in aia mea.nūc p speculū cognitio
nis et amoris.nūc in eisdē speculis
q̄ sūt ognitio et p̄ceptio dilectiua
quib⁹ interim ostringis q allicis ex
pimentalit paupculū cor meū susci
piēs ipm q nō in illa qua refulges
claritate in id ipm.nō in illo torrē/
te voluptatis tue.Cū hoc factū fu
erit vt ita suscipias me et ego te. fi/
et illud de ps.Satiabor cū apparu
erit glia tua.Dic benignissime pu/
er Jhu.dic spiritui meo quē imple/
as dono tuo.Ecce puer me⁹ quem
elegi.quē suscepi.quē amplector.cui
bñdico.Olim ferebas indigne sūs
phiberet pueros ad te venire.Ve
mo ad te suscipe me.Si eīcis foras
venientē ad te.quo suscipies fugiē
tē?Ubi est illa vox mansuetudinis
tue.eum qui venit ad me nō eīciaz
foras? Scio dñe docēte te p scp̄tu
ras qz est puer et puer Puer sensib⁹
et nō malicia vel moribus.qualis est
puer centū annoz maledict⁹ Nolo
dñe talis inueniri puer. q in quo sit
innocētia.hūilitas et obediētia q̄/
lis appellat⁹ est dauid annosus iaz.
qualis abraā centenari⁹.Collegit
vn⁹ septē pueroz ditiones aduer
sarias septenario viciox.Sūt puēi

parui vñ frangit supbia. Puri vñ frangit luxuria siue deturbat Modico saciati. quos gula nõ superat Ludũt ne sint incrtes q lãguidi Cõcordant otra malignitatẽ inuidie. Cito dant vt liberales. cito pacificant rancoris exptes. Hũt ista sepius ex etatis bñficio. comitantur alia multa ex etatis vicio. Ceteruz verus puer efficit spũs rationalis in qualibet etate corpis si fuerit põdit⁹ innocẽtia si humilitate. si obedientia. Talis erat spũs marie humilis et obedientis ancille. Talis ipi⁹ dauid q vilescebat in oculis suis. Talis in abraaz qui iussus immolare filiũ. ptin⁹ obedire pauit. Et o q mirabiliẽ obedire Spñ tale q sic humilis innocens et obediens. innoua in me de⁹ quem digneris suscipe. Sit in eo simplicitas. ꝫ cũ pudẽtia. sit humilitas ꝫ cũ fiducia. sit obedientia. ꝫ nõ in angaria Magna ꝓsus erat in humilitate marie fiducia. magna obedientie ꝓmptitudo. magna in simplicitate pudẽtia qñ nec temeritate põceps fuit in rñdendo. nec post insinuationẽ angeli qualiter fieret mater dei dare diffidit suũ assensũ . quo habito mox p incarnationez suscepit israel puez suũ. Susceptio tua dñe Jhu colluctationi similis est. dũ te vicissim suscipe et retinere laboram⁹ Figurauit hãc luctã israel iste lr̃alis puer tuus. Timebat nimis a facie frris sui Esau. transmiserat omnez comitatũ solus remãserat. Oppuit

vir luctãs cũ eo vsq mane in phanuel. Jacob illum volentem discedere detinuit. Nõ inqt dimittã te nisi bñdixeris mihi Bñdixit in eodẽ loco et statim ort⁹ ẽ sol. Statim luctat hõ solus existens. metuẽs impulsus otrarios. orat deũ tota mẽte nocte tribulatõnis. Et ita luctat cũ angelo magni consilij Quid em̃ oratio feruens est nisi quedã luctatio dei cũ hõie! Se mutuo brachio amoris suscipiũt. Porro non cessat Jacob supplantator viciox quousq bñdictionem suscipiat meritox. etiãm videat iã auroza mẽtalis illuminationis. pstat tñ donec statim post bñdictionẽ sol oriat luminosior in exprimentali pceptione. Mutatur nomẽ qz transformat in viz alterũ. Jam est israel vir potẽs q fortis dei. viget in actione arduox et in difficiliũ ꝓpessione et in limpida dei visione fit israel. Gratulat se vidisse deũ facie ad faciẽ . ꝫ p subiectã creaturã q̃i p speculũ. Cõcipit internũ fiducie gustũ et salua inqt facta ẽ anima mea. Robur deniqz carnalis amoris qz necesse emarcescit. ꝓterea claudicat solo pede necessitatis tangens terraz. Facta sũt hec post generationẽ .xi. filiox et nat⁹ ẽ multo post i introitu bethleem dom⁹ panis. ipe benyamin filius dextere vel doloris moriente rachel matre sua dũ parturit eum. Placet pretẽa o aia xpiana sũmatim recordari mysteriũ genealogie nr̃i Jacob isr̃l; ab alio disertissime

expositū. hz mystic⁹ israel. dū iacob est duas sorores libēas in vxores Lyam et Rachel. ista habet Lyā vim affectiuā. hec laboriosa ē ꝑm nomē in exercitio virtutis huic Lye de/est oculus intelligētie ꝓspicacl. hz idem Jacob mystic⁹ rachel decorā q simplicē instar ouis ꝑm nomē scz hec est intelligentia supioris rōis q se versat in exq̄sitione veritatis. specialiē ꝓncipij. Dat vtriq; ancil la sua. seruit racheli imaginatio nō qualiscūq; nec brutalis sed cū rati one participans. Dicit hec bala ꝙ est inueterata. loquit ꝓuidē incessā ter etiā dū sola est more senū. Sen sualitas ät vel sensualis appetitus obsequitur Lye. Est ipi nomen zelpha. interptata os inhians. q̄a neq; visu neq; auditu teste salomo ne. nec alio sensu satiat in hiando seu desiderando. Cetez Jacob vir videns in ꝑmis pauptatē suā gene rat affectū timoris ex lya. Dicitur iste ruben fili⁹ visionis. Gignit p⁹ hūc effect⁹ doloris Simeon hic est exauditio. qz q̄ vere dolet et peni/ tet ꝓtin⁹ exaudit. Sequit tertiꝰ fi/ li⁹ dict⁹, Leui. i. additio qm̄ post ti/ morē et dolorē addit spes. Quar/ tus in filijs lye Judas confitens vel confessio subsequit. hic est amor aut gaudiū. Copulat em̄ lya q̄ est bo/ na voluntas deo tanq; viro suo p gaudiū amorosū. Cernens ät Ra/ chel sororē lyam scz voluntatē to/ tā. plis fecūditate letantē. zelat et ipa parē. Et qm̄ hz timorē q̄ est ꝓn cipiū sapientie. hz et amorē q̄ tra/ hit rōnis oculū videre dilectū. desi derat ipa rachel cognoscere deum quē lya timet et diligit. Dtuero qz necesse est cognitionē ꝓcedere a sensu et imaginatione fieri dicentibus hoc phō. apko. et expientie sono. Dat rachel ipi Jacob sponso suo balā ancillā in sensualitatē Suscipit ab ea duos filios spectātes ad imagi nationē iunctā rationi Unꝰ ē dan qui cōsiderat speculat et iudicat de malis futuris in maloz damnatio ne Neptalim alter filiꝰ cōsideratoz ē bonoz futuri seculi. dans eloquia pulcritudinis nūc in canticis canti coz. nūc in psalmis. et iuxta nōis interptationē. nūc vtiq; opatione. modo ouersatione recognitō futu ra. Pozro dū lya cōspicit ancillā so rozis balam peperisse geminā hāc prolē dan et neptalim. ꝓuocat tra dere similiter ancillā suā nōie zelphā in sinū viri sui. Fit ita. Nascit inde duplex sibi filiꝰ Gad et Azer. horū interptatio est beatitudo et felici/ tas. qm̄ beati sūt et felices qui post speculationē eternoz̄ hinc maloz hinc bonoz̄ pariunt in sensualitate q̄ est iuncta voluntati imo partici/ patiue volūtas. Partūt inquā du os filios quoz ꝓmꝰ est vigoz absti nentie. scōs vigoz patiētie. Accipe quō beati sūt qui lugent vt Gad. beati qui ꝑsecutionem patiunt vt Azer Uerū post hoc tps ruben iā adultus ingrediens et egrediens. inuenit mandragoras bone fame.

qñ qui abstinentes sunt et patientes sūt cū timore dei collaudantur Bonus odor xpi inquit sum⁹ apostolus. Rachel vero petit partem mādragorax quas totas lya dat libenter racheli. qr subñcit se rationi quatin⁹ viro suo copulet. Jā em̄ nihil ad famam respicit sed ad dei gloriā. sed ad futurā viuentiū terrā et quietē. Dicit e sentētia. Quid em̄ mihi est in celo. et a te. quid volui sup terrā? Supereſt igit vt Lya generet duos filios q̄ sūt Jsachar et zabulon. Jsachar est asin⁹ fortis sibi vilescens qui vidit requiē haud duble eternā q̄ esset bona. et terrā supple viuentiuz q̄ esset optima. et fact⁹ est tributis spūaliū exercitiorū seruiens. q̄ inter terminos habitauit. neqz em̄ querebat esse in terra. neqz poterat in celo. Fecit quod potuit. Inter terminos habitauit. positus hic in orizonte diuinoz et hūanoz. crebro vertebat oculos ad diuina. Quint⁹ iste est filius lye qui est gaudiū spūs. et amor boni quē osequit sext⁹ filius q̄ est zelus fact⁹ in odio mali. Hūc sextum lya mater appellat dotē bonā. Nā quem melior dos zelo aiax q odio vicio rū? Nomē ei⁹ fm laudē suā zabulon habitaculū fortitudinis. Nā quod aliud habitaculū forti⁹ q̄z vbi morat emulatio dura sicut infer⁹ veniens et gaudiosa diuini muneris dilectione q̄ vt mors fortis est cuius lampades sūt lāpades ignis atqz flāmax. Patuit in martyrib⁹ zelan

do salutē aiax. quox caritatē multe psecutionū aque nō potuerūt extinguere. nec flumina voluptatum obruere valuerūt Rursū vero satis est pbabile q̄ zelus dū exercet offendit in multis et dū currit incurrit si nō inde nascat sancta verecundia coram deo. quā nōiam⁹ dynam in femmino seru ꝑpter minorē q̄z in viris fortitudinē Et qr ꝑpter formositatē pl⁹ allicit. Quid em̄ apud deū q̄d apud hōies gratiosius q̄z humilis verecūdia post tot sāctos mores p⁹ genitos. quales virim⁹ ser lye filios? Sūt isti ser principales affect⁹ volūtat. moderati simul et ordinati Et tem̄ virt⁹ q̄d aliud est q̄z dilectio vel affectio vēritatis moderata p rōnis normā. et ordinata p volūtatis intentionē Nōia sunt. Timor. dolor. spes. gaudiū. quos sic nōiat psa Spes. meror. metus. gaudiū Subinde sūt amor boni zelus vel odiū mali. Cōiungunt filij quatuor ancillax. Bala quippe genuit duplicē speculationē. vnā infernī. alterā paradisi. zelpha aūt genuit duplicē in sensualitate affectū. vnū q̄ est rigor abstinētie. alterū q̄ dicit patientie vigor. Sed ve filijs hominū a scandalis qm̄ nō est hō qui viuat et nō peccet. non est q̄ nō hostilibus q̄q̄z pateat insidijs. Ecce dū ꝓficti omnes filij Jacob circa pascendos greges bonarū actionū ad proximos occupant Dyna soror iam adulta nec se continēs in solo mentis habitaculo egredit vi

dere mulieres regionis illi⁹: Egres
sus est hic per curiositatē dum vitā
aspicit alioꝝ.dum deniqꝫ mores et
formaꝫ vite eoꝝ comparatione sui
considerat.Gloria sua iam non to
ta est testimoniū conscientie sue co/
ram deo.sed gloriam foris expetit
Violatur hoc modo dyna que est
sancta verecundia dum satagit mū
do.gloriosa videri.Sed a quo vi/
olatur dyna id est iudiciuꝫ verecū
die.Certe a labore asinino scz a sy
chem qui interpretat labor quē gi/
gnit Emor.qui sua interptatione si
cut et actione notat asinum.Quid
eni stultius qꝫ vane gloriari de nō
suis virtutib⁹ vel de receptis alium
de?Emor igitur ꝑprie excellētie ge
nerat vanam gloriam que dynam
q̄uis obnitatur opprimit et violat
Offert se nihilomin⁹ ad compescē/
dum furorem fratrū dyne.Sychē
iste offert circūcidere mores suos
omnes scz ꝑ gloria vera laborare
vt nihil appareat in suis moribus
inverecundu.Hac circūcisione fa
cta ꝑpter hominuꝫ gloriā. tres di
es qui sūt tres cōsiderationes trans
eunt.dum symeon et leui dolor et
spes nō ꝑm scientiam arreptis gla
diis suis insiliunt in omnes mares
sub sychem et emor habitantes. vi
riles quoqꝫ suas opatōes occidūt
dū dolor est grauissim⁹. Symeon
ꝑ gladiū exprobrationis.Leui per
gladiū exactionis impossibilis seui
unt.Dolor grauis est quia perdi/
derūt exteri⁹ famā.Labor est grau
or. qr ꝓ̄ideruntꝫ interi⁹ innocenti
am.grauissim⁹ qr demeruerunt ge/
hennā. Quanto satius erat hmōi
filios opationū custodire sub reli/
gionis disciplina.ipos quoqꝫ pau
latim bonos efficere ꝑ intentionē
meliorezꝫ q̄ furore pertinaci ꝙ emu
latione dura inutiliter exprobran/
do et plus exigendo q̄ poterat p/
dere simul ꝙ opprimere?Videmus
quēadmodum necessaria sit post
et inter virtutes oēs discretio quā
ꝑ sui nobilitate non est nata parē
nisi rachel ratio superior.Est iste ꝑ
mus rachel filius in ordine filiorū
vndecimus Jacob patriarche q̄
nominatur Joseph scz accrescens
quoniā exꝑimentis crescit assidu/
is et virtutibus excolitur dū plus
viuit.Facit huic pater tunicaꝫ tala
rem quia solus ad talos cōsumma
tionis opera perduxit.hūc odiunt
fratres sui dum modum vult eis
imponere.dum impetus refrenare
Accusat eos apud patreꝫ crimine
pessimo quod est ypocrisis quia si
mulata equitas nō est equitas sed
duplex est iniquitas. Rursus inter
hec Ruben violat balam dū nimiū
grandis effectus est qr timor si ni/
mius est dum se custodire nitit̄ for/
mat inutiles imaginationes quib⁹
se convoluens a salutaribus impe
ditur.Tandem ipe Joseph dum se
met excolit quotidie per prudenti/
am fit maior.Mater eius Rachel
concipiens et parturiens anxiꝫ
doloris desiderio Beniamin

hic est filius dextre. filius in potio
rib⁹ donis celestiñ collocand⁹. mo/
riť in eius partu. rachel. qz dñ cele/
stia mens rimať oportet vt ratio
succũbat. et huic vite moriať quia
nõ videbit me homo et viuet ait
dñs ad moysen. Ipse est beniamin
adolescentul⁹ in mentis excessu. Et
vbi? Est nempe in ecclesijs vbi bñ/
dicit dño. Et que sũt ecclesie niſi cõ
nocationes tã cogitationũ q̃z affe
ctionũ sanctaꝝ? Psallũt meditatio
nes sancte dño cũ iuuenculis inspi/
rationib⁹ tympanizãtib⁹ in corpe
mortificato. Preueniunt principes
angeli. iuncti psallentib⁹ in medio
iuuenculaꝝ tympanistriarum. Ibi
beniamin adolescentulus in men/
tis excessu. Suscipit dñs hũc pue
rũ israel qñ amantissim⁹ est dñi. et
habitat confidenť. et in eo sicut i tha
lamo. tota die omorabiť. qz manet
in caritate. et oñis talis in deo ma
net et deus i eo. Deniq̃z delicios⁹ puer
inter humeros dei p mutuos
amplexus requiescit. Dixit in exces
su suo omnis homo mendax. qz iã
fact⁹ super hominẽ dicit in excessu
mentis sue p humiliationẽ hui⁹ mi/
serie. Proiect⁹ sum a facie oculoꝝ
tuoꝝ. Usquequo dñe auertis faci/
em tuã a me. qñ facies tua plena ẽ
gratiarum quam adhuc velamine
mortalitatis hui⁹ celas a me. O
q̃tiens vendiť dñe noster Joseph
in egyptũ tenebrarũ harũ. quoti/
ens iste frater suus beniamin mini
mus descendit ad eũ. Jungit oscu/

la cũ amplexib⁹ dum discretio pru
dẽs in humanis. et contemplatio pru
dens in diuinis. vna veritatis sen/
tentia conueniunt. Sic iustitia de pra
ticis. et pax de speculatiuis oscu/
late sunt. Cur ita? Nimirũ qz miseri
cordia et veritas obuiauerunt sibi.
de quib⁹ vterq̃z gloriať. Misericor
dia tua ⁊ veritas tua semp suscepe
runt me. Et tu dñe Jhu. p quẽ fa/
cta est misericordia et veritas. cui⁹
curr⁹ est decem milibus multiplex.
Currus igneus vehens ad celestia
Cui⁹ equitat⁹ victorios⁹ est in cur
rib⁹ pharaonis. trahens sponsam
ad te. Suscipe seruũ tuũ in bonũ.
non calumnieť me superbi inimici
mei. dum loquar eis in porta obit⁹
mei. Obstituat sapientia tua. susci/
piens causam anime mee furores
calumnie sue. recordat⁹ soli⁹ miseri/
cordie tue. dñe Jhesu spes vltima
anime mee: Explicit

Incipit tractatus .ℇi.

Dragmatic⁹ sub duplici partitiõe
sup illo versu. Sicut locutus est ad
patres nostros. Prima partitio de
contemplationib⁹ marie sup locutio
ne dei p ꝓphetas et maxime per se
met ipz incipiendo ab euangelica
narratione. iuxta compilationẽ no
uiter factã que dicit vnũ ex quatu
or p notulas quadraginta sub ru
brica ꝑma. In ꝓncipio erat verbũ
Nñ dať intelligi quãtũ sup reliqs
sermo ꝓtenũor esse posset

Partitio

Sicut locut⁹ est ad patres nr̄os Magister Multifarie multis q3 modis olim de⁹ locutus est in pr̄ib⁹ 7 ꝓphetis Nouissime locut⁹ est in filio. Cō seruabat ār maria. sic scribit Lucas oīa verba hec ꝯferens in corde suo. Cōseruabat nedū noua sed vetera Similis erat pr̄ifamilias q̄ ꝓfert de thesauro suo noua et vetera Similis et sponse q̄ dilecto suo seruat oīa poma vetera et noua. ¶ Discipul⁹. Quo pacto nō obuiat dēm Job. Semel loquit̄ de⁹ et ip̄m non repetit? Quō p̄terea verbū p̄s. nō repugnat. Semel locut⁹ est deus. duo hec audiui. q3 ptās dei est. 7 tibi dñe misericordia? ¶ Mgr̄. Locutus est semel de⁹. locut⁹ est etiā multipliciter Semel in eternitate. multipliciter in tpe. verbū semel in eternitate locutū nō repetit. Ex verbo tpali multa audiunt̄ Inter q̄ precipue sūt duo misericordia et veritas seu potestas. Cōtexit̄ inde versiculus cantici huius. Et misericordia ei⁹ a ꝓgenie in ꝓgenies timentib⁹ eū. Sup quo tractat⁹ habitus est. ¶ Discipul⁹. Habit⁹ est memini. Esset ār iocūda nec infructuosa collocutio si recenserent̄ collatōes marie sup verbis illis que locutus est dñs in pr̄ib⁹ et ꝓphis. q̄ p̄terea locut⁹ ē in filio qui fuit semē abrae cui dñs locut⁹ est ¶ Mgr̄. Vocas ad rē magnificā valde. et cui⁹ magnitudinis nō sit finis. Dicā tñ ex infinitis paucissima q̄ maria ꝯferebat in corde suo de locutōnib⁹ dñi Tu ex minimis collige quantū magna potueris. Interroga pariter quantū volueris sup his oīb⁹ q̄ ꝯtemplata est mens marie sapient̄ Videor aūt ita ꝯuenīēter incipe si dixero ꝯtulisse mariā in corde suo. quēadmodū ꝓfecerit oīa que sibi dicta fuerant ab eo iurta cognate Elizabeth vaticiniū. Est eni magnificentie ꝓprietas. dsūmatio fortis inchoator3. sicut ad magnanimitatē spectat agressio dliberata magnor3. Laudans igit̄ et magnifice gr̄as agens dño cui⁹ perfecta opa sē cōcinebat in psalterio hoc decacordo p mentis iubilū. ¶ Discipulus. Placent ista ¶ Mgr̄. Licet aūt de multitudine magnificationis marie multa ꝙuirere. Multa iam sane dicta sūt sed eo plura supsūt tanq3 de infinito quodaz pelago cui⁹ quantitatē nō molis sed virtutis accipientibus semper vltra contingit accipere. Neq3 videmus idcirco ab hauriendo desistere. sed insistere ad refocillationem animar3 nostrar3 q̄ non arescent siti. dum fons ortorus. dum puteus aquar3 viuentiū fluunt impetu non impediti de libano candoris virginei scaturientis in abundantia de fontibus saluatoris christi sui. Ceteris quippe per partes datur. marie autem hieronymo teste se infundit gratie plenitudo tota. Ideo salutatur anthono/

matice gra plena. cui⁹ plenitudinis abundantiaz nullus aperire sermo sufficiet. Non em̄ iam esset adeo mirabilis et angusta si verborum angustijs clauderet. ¶ Discipul⁹ Recte dicis. Magister. audebo nihilominus i auxilio plenitudinis gre tue transire ad otemplandā sapiē/tiā otemplationis sue. sapientiam quā cōtemplata est multo intuitu. querā plurima de se ipa. vtinā hoc se ipa vel ab ipa liceret ¶ Discipulus. Oratū te. peratū qz cupio q̄tinus in oī locutione nra misceas vtile dulci. speculationē cū deuotione. nec per multos opinionū riuulos effundaris. Dic positionē vel q̄ potior vel sua nouitate iocūdior apparebit. Exercitor in p̄mis q̄b⁹ et quot modis ognoscat q mēs marie otemplata sit multa sapienē vt ad magnificandū dn̄m. anima cū exultatione spūs moueret ¶ Magister. Congratulor sancto tue deuotiōis studio q in amplissima et magnifica. vis nos exerceri materia Contemplationes beate q sapiētissime sapientiū omniū. suadens recē seri. nō quidē omēs vt impossibile recte censes. sed quot et qualis ipa dignabit ministrare de se loquentibus. magnificentiā simul cū laude mirantibus et cupientibus quantū fas fuerit recordari. ptestatione p̄missa q ea tm̄modo volum⁹ assere re que certa tradit auctoritas fidei vel que ratio clara euincit. Cetera vero tanq̄ pie opinabilia ad exercitiū deuote speculationis recense/bimus non q ita fuerit affirmantes. sed q ita fieri potuerit scōm pbabiles coniecturas estimantes. ¶ Dixisti q duo cōtradictoria nō in veritate stant simul. sed in probabilitate pictores imitabimur et rhetores qui non adequatā et apertā significationē gestorum promittūt inducere. Alioquin temeritate fallerentur atq; mendacio. sed verisimiles illi picturas: isti ratōes offerre contenti sunt ¶ Discipulus. Discolum esset plus exigere de rebus que nec sensu percipi. nec ratione probari. nec auctoritate possunt cōfirmari. De quibus tamen aliqua dicere vel scribere vel audire decet licet et expedit. Incipe secur⁹ quia persuasum sic teneo nec aliter recipio ¶ Magister Contemplationes marie recensere placet tempe quo quasi vidua mater post ascensionē filij post missionem spiritussancti clauso super se cubiculo reducebat ante mentis oculos preteritum decursum vniuerse vite filij sui. Hoc sibi speculum. hoc sibi exemplar satis erat in omni otemplatione sua. ¶ Discipulus. Placet electio temporis dū beata nostra viatrix adhuc existeret. et dum reductis ad gesta dicta q; domini nostri spiritualibus oculis illorum poterat reminisci Nos demū per hec edificari familiari repetitione valem⁹ Ibi em̄ mō pascit. mō cubat in meridie claritatis immense. q̄s otēplatur⁹

ascenderet. Porro ne te fortasse or
do gestorū solicitet perge quorsuz
volueris in contemplationib⁹ bea/
te marie virginis recensendis. qm̄
nec euangelistaruz traditio doctri
nalis ordini se gestoꝝ per omnia
conformauit. Sentis ex ista compi
latione laboriosissima que nuper
edita est ex quatuor vt vnum neqꝫ
veritati tñ euangelice. neqꝫ deuoti
oni. neqꝫ doctrine deperit aliquid
salutari. ℣ Magister. Cōtemplaba
tur eo tunc maria solitaria secū fre
quētius omnia que viderat vel au
dierat que contrectauerat de ver/
bo vite sicut eius custos virgineus
Johannes de se pro multis loqui/
tur dicēs. Quod fuit ab initio. qđ
vidimus. quod audiuimus. quod
oculis nostris perspeximus et ma/
nus nostre contrectauerunt de ver
bo vite. q vita manifestata est. q vi
dimus et testamur q annunciamus
vobis vitā eternam que erat apud
patrem: et apparuit nobis. Hoc te/
stimonium in nulla fuit eminentius
creatura pura q̄ in maria verifica
tum. que verbum vite nedum vidit
nedum audiuit neduz contrectauit
sed concepit peperit. lactauit q alu
it. Ceterum multa sunt quorum so/
la sibi conscia fuit nec prodidit di/
cens. Secretum meum mihi Multa
que potuerunt se sola reuelante co/
gnosci. quorū fecit participes apo
stolos et euangelistas maxime Lu
cam. Cognouit viuente Joseph vir
ginali sponso suo singula que dñs
noster subditus eis operat⁹ ē vsqꝫ
post obitū felicem eiusdem Joseph
custodis et testis fidelissimi quādo
